ANGL. Belonging to bucklers. } Vnde Veget. lib. 2. In Romana mili-  
tia habebant fabricas scutarías, & loricarias, quibus armorum  
genera formabantur.

Scūrātūs, a, um, Scuto armatus. { επιτίθεμε. GAL. Garni ou armé de bou-  
clier ou rondelle. ITAL. Armato di scudo o di targa. GERM. Der mit  
einem schilt gerüstet ist, schiltknecht. HISP. Armado de escudo, esculado,  
con escudo. ANGL. Armed with a shield. } Cicero 2. Philip. Agmine qua-  
drato, cum gladiis sequuntur scutati milites, &c. Virg. 9. Æneid.  
Tercentum scutati omnes volsiente magistro.

Scutra, genus vasis, à scuti figura.

Scutriscu m, vasis genus.

Scūtūlā, æ, forma rotunda, quales Aranea contextit. Inde scutulata si-  
gura dicitur quæ telæ aranearum similitudinem habet. Plin. lib.  
11. cap. 23. Quanta arte celant pedicas, scutulato rete grassantes.  
¶ Est & scutula vasculi genus, unde diminutivum deducimus  
scutella. { ηρυπή κεταράβ ωροφίδιον σπρώλος, πινάκιον. GAL.  
Une platt escuelle, un petit plat. ITAL. Scodella. GERM. Ein kleine  
schüsslen HISP. La escudilla. ANGL. A platter or dish. } Tacit. in vita  
Agricola. Formam Britanniae quidam oblongæ scutulae vel bipenni  
assimilavere. Martial. lib. 8.

Bessadem ad scutulam sexto pervenimus anno.

Idem lib. 11.

Sic implet gabatas, paropsideisque,

Et leves scutulas, cavasque lanceas.

A nomine scutum Diomedes deducit lib. 1. ¶ Scūtūlā, in arboribus  
emplastratis. Plin. lib. 17. cap. 16. Ergo amputatis omnibus ramis, ne  
succum avocent, nitidissima in parte quaque præcipua cernitur hilari-  
tas, exempta scutula ( ita ne descendat ultra ferum) cortici, impri-  
mitur ex alia cortex par cum sibi germinis mamma.

Scūtēllā, æ, vasis genus rotundi concavi quo minutal ex carne, vel  
oleribus in mesam exhibetur. { ηρυπή κεταράβ πιλοτοξ. GAL. Escuel-  
le ou plat. ITAL. Scodella. GERM. Ein kleine schüsslen. HISP. Escudilla.  
ANGL. A dish. } Est autem diminutivum à scutra; sicut à mitra,  
mitella; aut certe à scutula. Cicero 3. Tascul. Eripiamus huic æ-  
grirudinem. Quomodo? Collocemus in culitra plumæ, psaltriam  
adducamus, hedycrum incendamus, demus scutellam dulciculae  
portionis, aliquid provideamus & cibi.

Scūtūlātūs, a, um, scutula figuram habens. Ita

Scūtūlātā vestis, dicitur, quæ quibusdam orbibus, seu circulis, quasi  
scutulis est distincta, ad aranearum similitudinem accedentibus.

Iuven. Satyr. 2.

Cerulea induitus, scutulata, & galbana rasa.

Hoc autem texturæ genere olim præcipue commendabatur Lusi-  
tanæ. Id autem ferè erat ejusmodi, quale cernimus in aranearum  
telis.

telis, quotum retia etiam scutulata dicuntur à Plin. lib. 11. c. 23. ¶ Est & scutulatus color, in equis præcipue commendatus, quem vulgus ab exiguorum pomorum rotunda specie *tomulum* appellat. Minuit ejus coloris & Palladius in *mense Martio*, cap. 13. & Isidor. lib. 12. cap. 1.

**S**cūtigerulus, à Plauto sumitur pro armigero, qui scutum domini gerit, qui & leutifer dicitur. § *άντιοφός*. GAL. Qui porte l'escu ou bouclier. ITAL. Chi porta scudo. GERM. Ein schiltbub / der einen schilt tregt. HISP. El que trahe escudo. ANGL. A page or cravell that heareth a shield to his master. §

**S**cyathos, insula est cum oppido in *Ægeo* mari prope Thraciam, ut scribit Pomponius Mela lib. 2. Vulgo Sciatu, σκιάθος.

**S**cybalum, quisquilia. Id vide Gloss. Cyr. σκύβαλος, stercus, retrimētum. Scylace, σκυλάκη. Vrbs citra Cyzicum, ut inquit Hecateus: Pomponius Placia & Scylace, parvae Pelasgotum coloniae.

**S**yclax. § *γῆ γῆρας*. Parvus canis, canis, catulus. ¶ Est præterea scylax, apud Suidam nomen insignis Mathematici, qui ad Polybij historiam scripsit Antigraphen.

**S**cylla, σκύλλα, filia fuit Nisi regis Megarensium, quæ Minois, paterni hostis amore capta, ut illū sibi beneficio aliquo demereretur, patrem purpureo capillo, in quo situm erat regni totius fatum, spoliavit; eumque hosti obtulit, tanquam futuri conjugij dotem. Verū quū se ab illo sperni videret, doloris impatientia in Cirim avem commutata est: Nisus autem in aliam avem sui nominis, quæ veluti tantæ adhuc impietatis penas à filia repetens, etiam nunc eam ubique infectatur. Vide latius hanc fabulam apud Ovid. lib. 8. Met. ¶ Fuit & altera Scylla, Phorei filia, quæ cùm mutuo Pici amore tenetur, indignata Circe, quæ Picum miserè deperibat, Scyllam sibi ab illo præferri, fontem in quo illa lavare sese solebat, noxiis herbis, beneficiisque infecit: cujus rei illa ignata, quum lavandi gratiā fontem ingressa esset, videt inferiorem corporis partem in caninos rictus esse commutatam: quam deformitatem tantoperè exhortuit, ut sese statim in vicinum præcipitaverit fretum: ubi & in fæcum mutata singitur Charybdi ex adverso objectum, præternavigantibus vehementer periculose. Tibull. lib. 4.

Non Scylla favo conterravit impetus orbe?  
Cum canibus rabidas inter freta serpentet undas.

¶ De Scylla & Charybdi legendus Senec. epist. 80. § Ein sorgflicher felsen den schiffleutem im Sicilischen meer. § Vide latius hanc fabulam apud Ovid. 14. Met. ¶ Est item Scylla, genus pisces, quo maximè abundat Liris Campaniae amnis. Horat.

Afertur Scyllas inter murena natantes.

Martial.

Caruleus nos Liris amat, quem sylva Marica  
Protegit: hinc scylla maxima turba sumus.

**S**cyllæ, loca in quibus scyllæ pisces capiuntur. Cic. de Leg. Agrar. contra Rœlum. Hac Lege Tribunitia Decemviri vendent agrum Campanum, accedit ei mons Caurus, accendent Scyllæ ad Minturnas.

**S**cyllæcum, σκυλλαῖον. Oppidum fuit in finibus Calabriæ, cuius meminit Strab. lib. 6. Virg. 3. Eneid. abjecto altero l. primam syllabam corrupuit, quum ait,

Caeruleisque arces & naufragium Scylaceum.

Vulgò Capo de Squillaci in Calabria.

**S**cyllæum, σκύλλα, promontorium Peloponnesi, ut Strab. lib. 8. restatur, in sinu Argolico juxta Hermonem, quo Scylla Nisi filia fluctibus ejecta creditur. Vulgò Capo Sciali.

**S**cyllas, σκύλλαι Herodot. lib. 8. vit quidam Scionæus, omnium ea tempestare hominum optimus urinator, qui etiam in naufragio ad Pelium factum, multam pecuniam Persis servavit, multa & sibi luxurians est. Hunc *Pausanias* Scyllin vocat, qui de eo sic scribit: Scyllis Scionæus homo cum Cyane filia classis Persicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando urinandoque præcedit ad Pelium montem, & Sepiada Magnesiæ: idque signum in Apollinis templo positum ab Amphictionibus, (quod erat commune Græciæ concilium) à Nerone principe Romanum translatum.

**S**cyllus, αὐτίς, σκύλλη. oppidum Achaïæ, ut Strab. scribit, quo Xenophon donatus est à Lacedæmoniis.

**S**cyllurus, sive potius Scyllurus, per i nostrum, pen. prod. σκύλλερος. Nomen viri proprium, qui ut Plurarch. autor est, quum relictis maribus filiis octoginta diem esset obiturus, hastilium fascem cuique ostendens, ut illum confringeret, jubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse sigillatim educta pastilia omnia facile confregit. Ita docens illos, ubi unâ esse perseverarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem si separarentur ac dissiderent.

**S**cyminus. § *γῆ γῆρας*. GAL. Lionceau, le petit faon d'une lionne. ITAL. Leoncino. GERM. Ein jung Eeurolin. HISP. Leoncillo, hijo de leon. ANG. A Lyons whelp. § Significat leonis catulum, ut aliarum ferarum scylacia, Iulio Pol. autore. Lucr. lib. 5.

Ac catuli pantherarum scymnique leonum.

**S**cyphus, ī. § *γῆ γῆρας*. GAL. Un hanap ou tasse à boire, une coupe, un verre. ITAL. Coppa, tazza, bicchiero, gatto. GER. Ein trinkgeschirr / ein weiter bärcher. HISP. Cierro uaso para beber. ANGL. A cutte or tasse to drinck in. § Vasis pototij genus, quod propriè Herculi attribuitur, teste Macr. Saturn. lib. c. ca. 22. sicut cantharus Libero patri. Hoc veteres in sacris usi sunt, & in conviviis. Virg. 8. Eneid. Et implevit dextram scyphus. Horat. Epop. 9.

Capaciores affer huc tuer scyphos.

Plaut. Asin. sc. 4. a. 2. Scyphos quos utendos dedi.

**S**cyphium, σκύφιον, poculum σκύφιδες.

**S**cyra, insula in mari *Ægæo*. Hinc

**S**evricum, coloris genus, apud Plin. lib. 33. c. 7.

**S**cyritæ, σκυρίται. gentes sunt inter Nomadas Indos, quæ narium loco foramina tantum habent. Plin. lib. 7. c. 2.

**S**cyros, σκύρος, insula est contra Magnesiam in Mari *Ægæo*, una ex Cycladibus Lycomedis regis patria: ubi Achilles puellarji habitu

bitu educatus, Deidamiam ejus filiam vitavit, & ex ea Pyrrhum suscepit, quæ ab hac insula & ipsa Scyria est appellata. Ovidius l. de arte amandi,

Scyria Euronio vieta puella viro.

In ea est urbs ejusdem nominis. Patet hæc insula, Plin. teste, longitudo viginti quinque millium passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi.

Scyriades, σκυριάδες, mulieres ex Scyro insula. Stat. 2. Achil.

Nec minus egressa thalami Scyriades ibant

Ostentare choros.

Scyrius, αὐμ, prima syllaba producta, σκύριος. Ovid. Epist. 8.

Sepè malis stupeo rerumque oblita, locique,

Ignara tetigi Scyria membræ manu.

Scytala, æ, vel Scytale, ες, σκυτάλη. Mus araneus Latinè dicitur. Col. lib. 6. cap. 17. Mùsque araneus, quem Græci σκυτάλης appellant: quamvis

exiguus, dentibus non exiguam pestem molitur. Plin. lib. 31. cap. 5. Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, privatum scytalem & angues. ¶ Est etiam scytale, genus secretioris epistolæ quo

ad res arcianiores utebantur Lacedæmonij: unde & Scytale Lacedæmonica appellata est. Id autem erat hujusmodi, Imperatori ad belum proficisciendi Lacedæmonij surculum dabant teretem, alterumque omnino similem penes se retinebant. Deinde si quid secretoris rei incidisset, in loro quodam tenui prius ad surculum adaptato, quod visum esset præscribant, illudque minutum concisum ad Imperatorem mittebant, qui loro illo per surculum suum complicato, literisque coeuntibus, commodè quod scriptum erat, perlegebat. Vide de hoc plura apud Gellium lib. 17. c. 9.

Scytalis, σκυταλίς, parva scytale: bacillus, palangula: σκυταλίδη, digitorum ossa.

Scytolasagittipelliger, Hercules, Tertull.

Scythes, Iovis filius. Plin. lib. 7. cap. 56. Arcum & sagittam Scythem Lovis filium; alij sagittam, Persei, Persei filium invenisse dicunt lanceas Ætolos, jaculum cum amento Ætolum Martis filium. Scytha Herculis filius, à quo Scythiam appellatam esse, tradit Herodotus.

Scythes, Scytha, σκύθη, Scythia incola.

SCYTHIA, Σκύθια, Regio septentrionalis latissima, in duas divisa partes, Europæam & Asiaticam, quarum Europæa à Tanaidis ripis per Mæotidis & ponti Euxini littora, usque ad Istri ostia expanditur, Asiatica à limitibus oppositorum littorum in Orientem procurrit, Oceano à Septentrione, à meridie Tauro terminata. Vtiusque variæ ac propè innumeræ sunt gentes, ad bella magis quam ad ullam humanitatis studium idoneæ. Hominibus inter se fines nulliusque enim agrum exercent, nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper paucitibus, & per incultas solitudines errante solitis. Vxores liberisque secum in plaustris vehunt, quibus coriis, imbrrium, hyemisque causa tectis, pro dominibus utuntur. Iustitia gentis ingenis culta, non legibus. Nullum scelus apud eos furio gravius: quippe sine tecto & munimento pecora & armata habentibus, quid salvum esset si furati liceret? Aurum & argentum perinde asperiantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescuntur. Lanæ iis usus ac vestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus utantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestuntur. Hæc continentia illis morum quoque justitiam dedit, nec alienum concupiscentibus: quippe divitiarum cupidio ibi est, ubi & usus. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia alieni foret: profectò non bellum tantum per omnia seculi terris omnibus continuaretur: nec plus hominum ferrum & arma quam naturalis fatorum conditio raperet. Scytha ab alieno imperio aut intacti, aut invicti manserunt. Darium regem Persarum turpi à Scythia submoveare fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarent. Alexander Magni ducem cum copiis universis deleverunt: Romanorum audire, non sensere arma. Gens & laboribus & bellis aspera. Vites corporum immenses. ¶ Nostra vero hac ætate coadunato exercitu numerosissimo, & rei bellicæ peritissimo feri ac furiosi illi lattices, in vicinum illis Polonia regnum excursions perpetuas faciunt: quos fortiter resistendo, & penè quotannis cedendo, Polonus bello assuetus à conspectu suo longè removet, & in vastis illis solitudinibus quasi obligat, nec in Germaniam, quam veluti murus, totamque Christianitatem ab excursione Turcarum, Moscorum, Tartarorum, & cæterorum gentilium tutatur, perrumpere patitur. Dicta est autem Scythia (ut placet Herodot. lib. 4.) à Scytha quadam Herculis ex muliere semi-vipera filio, fratre Geloni, & Agathyrsi.

Scythicus, αὐμ, adjecit. ad Scythus pertinens: ex Scythia ortus: unde Scythici smaragdi. Scythis usitatus, unde σκύθικη calceamenta. Etsi & σκύθικος, tetricus, crudelis, inhumanus.

Scytha, æ, vel Scythes, Σκύθη, qui ex Scythia est: ut, Anacharsis Scythes, apud Cic. 3. Tuse. Sunt autem Scytharum alij Europæi, alij Asiatici: de quibus vide supra latius in dictione Scythia.

Scythis, Patronymicum, fœm σκύθις, apud Ovid. 15. Metam.

Haud equidem credo, sparsa quoque membra veneno

Exercere artes Scyti ides: memorantur easdem.

Scythius, αὐμ, adjecit. σκύθιος, Virg. lib. 3. Georg.

At non quâ Scythia gentes Maoticaque unda.

Scythice, herba, à Scythia, in qua nascitur: glycyrrhiza vulgaris, quæ tamen & copiosa nascitur in Germania, præsertim agro Padeneensi, & in Hispania. Dodon.

Scythizo, Sythiso, σκύθιζα, Scytharum mores imitor: intemperanter bibo.

Scythismus, σκύθισμα, imitatio Scytharum.

Scython, is, σκύθης, nomen proprium viri nescio cujus, quem Poëta fabulanter pro suo arbitrio, modo in fœminam sese commutasse: modo rursus in virilem formam rediisse, Ovid. lib. 4. Metam.

Quid loquer? ut quondam natura iure novato

Ambiguus fuerit modo vir, modo fœmina Scyton.

Scythopolis, Σκύθεπολις, urbs est in Decapolitana Syrie regione, nomen habens à Scythis in eam deductis: quum antea à Liberi patus

patria nutrice ibi sepulta, Nysa diceretur. Autor Plin. lib. 5. cap. 18. Scytopolis autem sine aspiratione Libyæ oppidum est, ut ex Poly- stori sententia tradit Steph. Σευτονίδης.

Scythocauri, Ζεύθορωποι, populi Scythiae, Tauricae regionis juga in- colentes, qui (ut Solin. refert) pro hostiis advenas cedere con- fuerant. Meminit horum & Plin. lib. 4. c. 12.

S E

Se, Præpositio est ex earum numero, quæ quod extra compositionem non inveniantur, inseparabiles à Grammaticis dicuntur, διά. Com- posita vero divisionem sive separationem ferè significat: quemadmodum διά apud Græcos: ut, Separo, Seduco. ¶ Nonnunquam & privationem, seu negationem, à e: ut Secedo: d, ut Seduco: g, ut Segredo: i, ut Sejungo: l, ut Seligo, p, ut Separo: u, ut Sevo- co. Est & se pronomen reciprocum accusativi casus à genitivo sui auctor: quod etiam cum scipso componitur. Virg. 3. Eclog.

At mibi sese offert ultrò meus ignis Amyntas.

Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Me in ædes ad se duxit domum. Ibid. sc. 3. a. 2. Ex nostro hospitio eduxit se foras, Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Ipsæ sese patinæ ferre faciunt. Idem Asin. sc. 3. a. 1. Vult placere sese amicæ. Idem Men. sc. 2. a. 5. Expedit ad sese, me ut item. Catulli de Com. Beren.

Sed quis se ferro postuleret esse parem?

¶ Se, veteribus etiam separatum, pro sine: ut Se dolo, quasi sine dolo: Laurenberg. vide Sed. ¶ In compositione aliquando est è Sex: ut sedigitus, sedecim, semestris. Aliquando ex semi, ut selibra.

Sebastæ, εσβατος schomeron οσβατος. Samariae oppidum, ab Herode instauratum: & in honorem Augusti Cæsaris ita appellatum, quum antea quemadmodum & regio ipsa Samaria diceretur, οσβατος enim Græci dicunt, quod nos Augustum. Vide Strab. lib. 16. & Plin. lib. 5. Stephanus etiam alteram Sebasten in Armenia collocat.

Sebastia, οσβατια, oppidum in Colopena, Cappadociæ regione: dēqua Plin. lib. 6. c. 3.

Sebastocrator, dignitas post despotam, testia post Imperatorē, Bulleng.

Sebastophorus, summus dux copiarum. Idem.

Sebastopolis, οσβατοπολις. Ponti Cappadocij urbs, Ptol. lib. 5. cap. 6. Vul- go Seastro.

Sebenimon, vestimenti genus. Hesych.

Sebennytus, οσβενιτος Steph. Vrbs in Ægypto: ubi & palus & amnis sunt cognomines. Vnde præfectura quoquo Sebennytica; οσβενιτικης νομος: & Sebennyticum Nili ostium, οσβενιτικης σόγος vocati con- stat: quod in duo alia dividitur: scilicet in Saiticum & Mende- sium, teste Herod. lib. 2.

Sebethos, οσβεθος. Fons apud Neapolim cuius aqua vicatim decur- tens, amnis ferè usum Neopolitanis præstat. Stat. lib. 1. Sylvar.

Et pulera tumeat Sebethos alumna.

Hujus Virg. Stat. & Colum. meminerunt: quod quidem nomen cum t littera procul dubio scribendum est, et si sciām esse qui Saberthus per legant. Testis est, ut alia omittam, tabella marmorea vetu- stissima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet: P. Mevius Eutychus ædicularum restituit Sebethos.

Sebethis, idis, fœm. gen. Virg. 7. Aeneid.

Nec in carminibus nostris inditus abibis,  
OEBale, quem generasse Telon Sebethide nympha  
Fertur.

Sebinius, οσβενιτος. Lacus circumpadanæ regionis, è quo Lolius amnis nascitur, teste Plin. lib. 3. c. 19.

Sebitæ, arum, οσβενιτæ, populi Ægyptij Nili insulam incolentes, non procul à Meroë, Sebitæ dicit, quasi advenæ, eo quod Psmmitichum regem fugientes, in Æthiopiam commigrarint. Vide Strab. lib. 17.

Sebum, quod & sebum, & sevum, pingue in fine carnis animalium, quod siccum, fragile, nec ad ignem admotum facile liqueficit; & cum liquefactum fuerit, iterum concrescit. ¶ ηνος. GAL. Suif. ITAL. & Hisp. Sevo. GER. Onschlit. ANG. Scrivere or tallovo. ¶ Unde Sebaceus, a, um, quod ex Sebo, sive sevo, confectum est, οσβενιτος: ut, Candela sebacea, vide Sevum.

Sebaceus, a, um, ex sebo factus. Apul.

Sebastæ, N. in Armenia, sub P. Constantinopolitano.

Sebo, as, ex sebo formo: ut Sebare candelas; aliter, sevare. Columell. lib. 1. cap. 22.

Sebæcæ, verbum, Sevo obducere. ¶ οσβενιτος. GAL. Mettre ou induire de suif, faire suif. ITAL. Ognere con sevo. GERM. Mit unsichtie bedecken oder bestreichen/unschlittet ketzen machen. Hisp. Ensevar, untar con sevo. ANG. To smere over with sevost or tallovo. ¶ Colum. lib. 1. cap. 22. Fieri autem ritus majorum etiam illa permittit, fat pinsere, faces incidere, candelas sebare. Quid autem propriæ sit Sebum, sive sevum, & quomodo differat ab adipi & pingui, abundè suprà explicavimus.

Secalæ, neutr. gener. { ANGL. Rie. ¶ Frugis genus tantum ad arcendam famem tenuorem utile, fœcunda, sed gracili stipula. Huic milium in Italia miscetur, panisque sit melior. Galli, inquit Ruell. una litera derrita Seelam vocant: de quo vide Plin. lib. 18. cap. 16.

Secamētum, vide Seco.

Secovia, Secaco. V. E. Germaniaæ, sub A. Salisburgensi.

Secedo, is, secessi, sum, Scorsum ab hominum frequentia recedo. ¶ ιδον halach. οσβενιτος. GAL. Se retirer à part & à l'escart.

ITAL. Partirsi, andar via, venir. GERM. Nâbend sich weichen/dannen weichen/etwam hin von den Leuten gehen. Hisp. Retraherse o partarsi.

ANG. Toga a part frome other. ¶ Plaut. in Amph. Secede huc tu Sofia.

Idem Capt. sc. 2. a. 2. Socede huc: Sunt quæ ex te solo sciscitari volo.

Idem in Cureul. sc. 2. a. 2. Fugite omnes, abite, & de via discedite. Liv.

10 bell. Maced. Posteaquam venisse eos nunciatum est, secessit in par-

tem interiorum cum duobus amicis, totidem custodibus corporis,

Ovid. lib. 4. Trist. Eleg. 8.

Sed modò, quos habui, vacuos secedere in hortos.

Idem Eleg. ult. lib. 3. Trist.

Nec quo secedam locus est. (sup. studiorum causæ.)

Secessio, nis, Secessus, discessus, sive recessus in locum sectiorem. ¶ ιδον sarón. οσβενιτος. GAL. Retirement à parti, separation, retraite. ITAL. Partimento, commiato, partita. GERM. Abreitung oder abtretung in ein sonderbar ort. Hisp. Partida à lugar secreto. ANG. A going a part. ¶ Hinc secessionem scriptorum dixit Cicero pro Murena, pro secreta collocutione quæ sit sine attributis, non sine suspitione conspi- rationis. Etenim, inquit, seductiones testium, secessiones scriptorum animadvertis. ¶ Ponitur aliquando pro seditione, quum populus in diversas partes discedit. Cicero pro Ligario, Secessionem tu illam existimavisti, Cæsar, non bellum. Cæs. lib. 1. de bel. civil. Nulla secessio populi, &c.

Secessus, us, ui, Discessus in locum solitarium, minùsve frequentem.

¶ ιδον sarón. οσβενιτος. GAL. Retraite, le lieu où on se retire à parti.

ITAL. Luogo dove si retira. GERM. Abreitung / absündering von den lanten. Item, ein still vnd abgesündert ort. Hisp. Retrahimen- to, lugar secreto donde nos recogemos, apartamiento. ANG. A going a part frome other: also a place where one goeth a part. ¶ Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Trist.

Carmina secessum scribentis & otia querunt.

Quint. Cicero quoque in hos studiorum secessus excurrit. Item

Suet. in Aug. c. 72. Ex secessibus præcipue frequentavit maritima.

¶ Nonnunquam locus ipse secretior, & ab hominum turba aspe- ctuque remotus. Virg. 1. Aeneid.

Est in secessu longo locus.

Plin. Epist. 13. lib. 2. Ille meus in urbe, ille in secessu contubernalis: id est, in villa. Idem Epist. 15. lib. 3. Petis ut libellos tuos in secessu legam. Secessus avium. Idem lib. 10. c. 29. Sed in secessu avium & noctuæ paucis diebus latere traduntur.

SECERNO, is, secrevi, tum, Divido, separe, discerno, segrego.

¶ ιδον hitdil חבדיל biphrad biphrad. οσβενιτος, αφοιζω, ιερην, διπ- αρισ. GAL. Separer, mettre à parti. ITAL. Spartire, dividere, se- parare. GER. Von einander scheiden oder abtheilen / absünderen / vns- verscheiden. Hisp. Dividir o apartar. ANG. To separat or sever. ¶ Cicero Luceio, Si à continentibus tuis scriptis secernas hanc quasi fabulam rerum eventorumque nostrorum. Cicero in Casil. Secer- nant se mali à bonis. Idem in Amicit. Secerni autem blandus ami- cus à vero, & internosci tam potest adhibita diligentia, quam omnia fucata & simulata à sinceris atque veris. Horatius in Arte,

fuit hac sapientia quondam;

Publica privatis secernere sacra prophani.

סבדר סברת ספרה טפורה mphoradh סבדה. εσβενιτος. GAL. Separé & mis à parti. ITAL. Separato, messo divisamente. GERM. Abgesündert, abgeschieden. Hisp. Apar- tado, puesto apartadamente. ANGL. Severed, ant put à parti. ¶ Cic.

1. de nat. deor. Habent igitur suam spharam stellæ inertantes ab ætherea conjunctione secretam & liberam. Virg. 8. Aeneid. Secre- tosque pios, id est, ab impiis separatos. ¶ Interdum idem est quod selectus. Quintil. lib. 9. a. 1. Secretæ & extra vulgarem usum posi- ta, ideoque magis nobiles, ut novitate auctem excitant, ita copia satiant. Idem Secretus & jam consecratus (Orator senior.) Et Liv.

lib. 9. d. 4. Nihil secretum alter ab altero habebat (i. habebant omnia inter se communia.) ¶ Migrat interdum in nomen, & admittit comparationem. Colum. lib. 9. cap. 4. Probatis apibus destinari de- bent pabulationes, eaque sint secretissimæ, ut noster Maro præ- cipit, vidua pecudibus, aprico, & minimè procelloso cœli statu.

¶ Secretum locum dicimus, solum, & quasi à ceteris separatum,

Cic. 2. de Legibus, Loco publico, privatōne: celebri, an secreto: alie- na civitate, an tua: in castris, an foro dicas, interest plurimum. ¶ Se- cretum petere, est secretò remotisque arbitris colloqui velle. Sueton.

Avia Ausoniaæ secretum petenti denegavit, i. petenti ut secretò cum aliquo loqueretur. Plin. in epist. Paucos post dies ipse me regulus con-

venit in prætorio judicio; illuc me persecutus, secretum petit, i. peti- vit, ut mecum secretò loqueretur.

Secretum, i. pro secessu. ¶ ιδον χέδηρ. διπέρφων. GAL. Secret, un lieu re- tire & separé, où on se retire à parti d'avec les autres. ITAL. Luogo do- ve si retiuisco separamente. GERM. Ein abgesündert heimlich ort an dem einer von den lanten ist. Hisp. Lugar secreto do nos recogemos apartadamente. ANGL. A place separated a part. ¶ Plin. Epist. 1. lib. 1. Quam pulchrum illud, quam dulce secretum, quantum ibi antiqui- tatis? Quintil. Secretum sibi facere etiam in turba. Idem, Situ secre- ti consumi scripta. Hactenus eloquentia secretum habet. Idem, Sec- retum quærit studia. Sueton. in Othon. cap. 10. Secreto captato codicillos exaravit ad sotorem consolatorios. GAL. Se'ntant retiré en son cabinet: vel en quelque lieu à l'escart. &c. Idem in Claud. cap. 10. Secretum desiderate. (i. secessum.) Exclusus inter ceteros ab insi- diatoribus Caij, cum quasi secretum eo desiderante turbam sub- moverent, in diaram, cui nomen est Hermæum, recesserat. ¶ Ali- quando secretum accipitur pro re arcana quam nulli temere com- municamus, sed apud nos tacitam servamus. ¶ ιδον sodh. διπέρφων. GAL. Secret. ITAL. & Hisp. Secreto. GERM. Verbogene vnd heimlis- che sachen. ANGL. Any privie and close thing. ¶ Quintil. lib. 11. cap. 1. Profert enim mores plerumque oratio, & animi secreta detegit; Ovid. 2. Metam.

Et legem dederat sua ne secreta viderent.

Sueton. in Aug. c. 66. Secretum de comperta Murenæ conjuratione uxori Terentiae prodit (Mæcenæ.) Ovid. Eleg. 6. lib. 3. Trist.

Cuique ego narrabam seceri quoquid habebam.

¶ Item, Secretum petere i. velle secretò colloqui. Sueton. in Tib. c. 25. & in Calig. c. 23. Item, Secretum agere, idem in Tib. cap. 60. ¶ Secre- tum rei pro re arcana, Gell. c. 23. lib. 1. Mulier fit audiendi cupidior secretum rei. Cœna secretior, Suet. in Aug. c. 70. Cœna quoque ejus secretior in fabulis fuit, &c.

Secretò adverbium, id est, id est idler, occulte, sine arbitris. Plaut. Amph.

Mirum quid solus secum secretò ille agat. Cicer. Attic. lib. 7. 12. 8.

Vna Formias venimus, &c. ab hora octava ad vesperum secretò colloqui

collocuti sumus. Comparat. Secretius id est, separatiū. Colum. l. 11. cap. 1. His diebus commode instruuntur horti, de quibus suo loco dicam secretius, ne inter hanc quasi turbam operum, negligentius olitoris officia descripsisse videar.

Secretarius, cui secretum commissum est, seu scriba in secretario. Dacyrus in Spec. Mon. Statim alios dijudicare & despicer incipiunt, se sanctos jam Deique secretarios existimant, & hinc idem est, cum eo, qui ἀποκρίνεται alias dicebatur, Meurs. Gloss. Græcob.

Secretaria, secretæ artis exercitamenta. Apul.

Secretarium, locus ubi secreta, seu arcana habentur.

Secrētio, nis, verbale, Separatio, divisio. פְּלִגְהָהָה פְּלִגְהָהָה pelugħħah פְּלִגְהָהָה. נַעֲמֵד הַנְּאָמֵד נַעֲמֵד GAL. Separation. ITAL. Separations. GER. Absünderung. HISP. Apartamiento. ANG. Separation or putting a part. Cicero 1. Tuscul. Est enim interitus quasi discessus, & secretio ac diem p̄tus earum partium, quæ ante interitum junctione aliqua tenabantur.

Sēcēpitā, interprete Festo, Culter est ferreus, oblongus, manubrio eburneo, rotundo, solido, juncto ad capulum argento, aurōque fixo clavis æneis, ære Cyprio, quo Flamines, Flaminis virgines, Pontificesque ad sacrificia utebantur: à secundo dicta τοπι. Suet. in Tib. c. 26. Nam & inter Pontifices sacrificanti simul pro fecespita plumbeum cultrum subjiciendum curavit. Idem atibi ait, Secespita, alij secutim, alij dolabram ænam, alij cultellum putant.

Sēcīvūm, inquit Festus, à veteribus dicebatur libum, quo in sacrificio fecespita fecabantur.

Sēciūs, adverb. quidam à secūs. (i. aliter,) derivant: quidam à ferō: unde quādoque sumitur pro positivo, quandoq; pro minus, vel tardius. פְּנַתְּחָה, נַעֲמֵד. GAL. Moins, autrement. ITAL. Meno, altamente. GER. Dest minder, langsamer. HISP. Menos, en otra manera. ANG. Or olles, otherwise. Virg. 2. Georg.

nec secius omnis in unguem

Arboribus positis secto via limite quadret.

Apul. Nec eo secius approbabitur tibi nunc etiam firmitas animi mei. Accius Ampibryone, ut citat Festus, Si fortè paulo quam dixi veniam seciūs, id est, tardius. Suetonius in Cas. cap. 8. Nec eo secius majora mox in urbe molitus est. Idem in Neron. cap. 24. Desstituit ante decursum, nec eo seciūs coronatus est. (i. & nihilominus.) Plaut. Capt. sc. 3. a. 2. Quasi servus meus si essem, nihil seciūs fuisti obscuriosus. Idem Menach. sc. 7. a. 5. Hæc nihil mihi videntur esse seciūs, quam insomnia. (i. nihil minus mihi videntur esse aliter, quam somnia.

Sēclūdo, is, Seorsum claudio, sejungo, disjungo. חַנְגִּיר hisghir, heħdil p̄n chalak. דְּמֻלְּכָה. GAL. Enfermer à part. ITAL. Serrare, chiudere. GER. Nåbend sich beschließen: item, ausschliessen. HISP. Cerrar, apartar. ANG. To shute a part. Cicero. 1. Tuſc. Nam qui se humanis vitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent: iis devium quoddam iter esse, seclusum à consilio deorum. ¶ Quandisque excludo. Virg. 1. Æneid.

Solvite corde metum Teucri, secludite curas.

¶ Secludere vitam corpore, dixit Plautus, pro occidere.

Sēclūsa sacra, à prisca dicibantur, que Græci μυσήσα appellant: ab eo quod separata, ac seorsum clausa, à nobis propter sanctitatem aliquam esse debeant, id genus sacra Plinius appellat operanea, quod in opero occulta sint, ne oculis profanorum obvia polluantur.

Sēclūsōnum, iij, in quo aliquid seorsum concluditur. פְּנַתְּחָה oſfār. דְּמֻלְּכָה. GAL. Un lieu de reserve, où on enferme quelque chose à part. ITAL. Luogo dove si ripongono le cose divise. GER. Ein ort in das man etwas nährend sich beschleust. HISP. Lugar donde recogemos algo apartadamente. ANG. A place where any thing is shute a part. Varr. 2. de re rust. cap. 5. Quum opus sunt, ex hoc aviario, ut sumantur idoneæ, excluduntur in minusculum aviary, quod est conjunctum cum majori ostio, & lumine illustriore, quod Seclusorium appellant.

Sēco, as, secui, sectum, Præcido, amputo: item divido, distribuo. פְּנַתְּחָה ghazár בְּתַבְּרָה חַתָּאָה. תִּפְנַתְּחָה, מְגִיא. GAL. Couper, trancher, tailler, scier. ITAL. Tagliare, segare, spartire, dividere. GER. Schneiden/hauwen HISP. Cortar, partit. ANG. To cut, to cut of or a sunder. Colum. lib. 2. Quum secueris autem herbam medicam, sapientiam rigato. Plautus Mercat. Vel ut scias me amare, cape cultum, seca Digitum, vel aurem. Secare novacula fauces: Sueton. in Calig. c. 23. Silanum Socerum ad necem, secundisque novacula fauces, compulit. Cic. de Orat. Atque isti quidem caulas in plura genera secuere. Virg. 1. Æneid.

Pars in frusta secant, verubusque trementia figunt.

Senec. cap. 2. de consol. ad Helv. Urere ac secare, non mederi molli via. Ovid. Eleg. 9. lib. 1. Trist.

vasti secet ostia Ponti (Navis. sup.)

¶ Secare viam, est celeriter proficisci, translatione sumpta ab avibus, quæ aërem inter volandum dividunt. Virg. lib. 6.

Ille viam secat ad naves.

Servius exponit, id est, tenet. ¶ Accipitur item Secare, pro sequi. Virg. lib. 10.

Quæ cuīque est fortuna hodie, quam quisque secat spem, id est, sequitur, tenet, habet.

Sēctūs, a, um, participium. פְּנַתְּחָה nighzár בְּתַבְּרָה chatúb. תִּפְנַתְּחָה, xi-nop̄d. GAL. Taille, coupé, scié. ITAL. Tagliato. GER. Schnitten. HISP. Cortado. ANG. Cutte of. Cicero. 2. Tuscul. At verò C. Marius rusticanus, sed planè vir, quum secaretur, principio vetuit se alligari: nec quisquam ante Matium, solitus dicitur sectus. ¶ Legitur tamen participium futuri temporis, secaturus pro secturus, apud Columellam lib. 5. cap. 9.

Sēcāmēntum, i, Lignum sectile, aut quippiam ex ligno sectili confectum. פְּנַתְּחָה schetħāb. ro m̄iqṣaq, ītingħu. GAL. Fragment, scieure, ou rongneure de bouquin scie, ou send. ITAL. Ogni cosa divisa segando, come tavolete & simili. GERM. Ein abgehaueen stuck von holz. HISP. Cosas tajadas y cortadas, como tablas de madera. ANG. Any thing that is cut of. Plin. lib. 16. cap. 10. Ediverso mate-

ria abieti pulcherrima, piceæ ad fissiles scandulas, cupasque, & pauca alia secamenta.

Sectaculum, id quod sequitur, propago, progenies. Apul.

Sectio, nis, actus ipse secandi. פְּנַתְּחָה bēser. תִּפְנַתְּחָה. GAL. Tailleur, coupeur, rongneur. ITAL. Tagliatura. GERM. Schneidung, zerhauung HISP. Cortadura. ANG. A cutting of or a sunder. Plin. lib. 25. cap. 13. Bibitur & contra serpentes, & ante sectiones, punctionesque ne sentiantur. ¶ Aliquando accipitur pro bonis damnatorum, & præda hostium, quæ sub hasta venditur, pro ea deinde quæ postea appellata est confiscatio. פְּנַתְּחָה iš ap̄kōnus xem-rogħi, n̄ q̄aġġi, q̄aġġi d̄nus. GAL. Butin, confiscation de biens. ITAL. Bottino, confiscatione de beni. GER. Eines verfallenen gutes trennung / wie die geschicht wann es verkauft wird / und eines hies aushin / das ander dort aushin kommt. HISP. Compra de bienes de desterrado. ANG. Forfeiting of some mens goodes. Cæſ. comment. 3. Postridie ejus diei refractis portis: quum jam defenderet nemo, atque intromissis militibus nostris, sectionem ejus oppidi universam Caesar vendidit, i. bona oppidi vendidit sub hasta. Tacit. Reliquias sectionum Neronianatum nondum in fiscum conversas revocatis ab exilio concessit. hoc est, reliquias eorum bonorum quæ Nero, dominis in exilium actis, fisco vendicaverat.

Sectör, is, verbale est à secundo deductum, eum significans qui aliud incidit, aut dividit. פְּנַתְּחָה ṭebħar metbattr. וְיִשְׁנֶס. GAL. Couper, rongneur. ITAL. Tagliaore. GER. Ein abschneider/harve. HISP. Cortador. ANG. A cutter that cuttoth any thing of or a sunder. ¶ ut, Secto zonarius, qui alterius zonam aut marsupium incidit. בָּקָשְׁתִּוּן. Plaut. in Trin. Mira sunt, n̄ illic homo est aut dominator, aut secto zonarius. ¶ Sectores item dicuntur, ut autor est Asconius, qui spem sui luci securi, bona damnatorum emebant in auctionibus, ac postea pro compendio venditabant. Inde à Cic.

2. Philipp. M. Antonius secto Pompeij appellatur, quoniam bona Cn. Pompeij emerat. פְּנַתְּחָה ṭebħar metbattr. וְיִשְׁנֶס. GAL. Acheteurs de butins ou biens confisquez. ITAL. Compratori del bottino. GER. Der ein verfallen gut so man vergaet an sich kaufft. HISP. Comprador de los bienes del desterrado. ANG. That byeth the forfaite of some man. ¶ Cicer. pro Rose. Nescimus per ista tempora eisdem ferre sectores fuisse bonorum & collorum. Asconius innuit Sectorem in hac significatione dici à sequendo: arbitror ab antiquo verbo Seco, secas, dictum, quod idem significat, quod Sequor. Unde Secto, sectaris; & secta, Sectæ. ¶ Item Sectores, teste Valla lib. 1. Elegant. sunt accusatores, qui ex damnatione accusati dimidium bonorum expectant, aut certam reliquam partem, & id perseguuntur. Bud. eos propriè dicit sectores appellari posse, qui delationibus faciendis confisicationes à principibus impetrant, ut homines interdum insontes fortunis omnibus evertant.

Sectrix, verbale, fœminini generis, ejusdem significationis. Plinii lib. 36. cap. 17. Vnde enim vitricus Sylla, & Metella mater, proscriptio num sectrix

Sectură, æ, ipsa sectio, sive secandi actio. פְּנַתְּחָה ṭebħer. וְיִשְׁנֶס. GAL. Coupeur, rongneur. ITAL. Tagliatura. GER. Ein schneiden oder das schneiden HISP. Cortadura. ANG. A cutting a sunder. Plin. lib. 37. cap. 8. Et venatus quidem Callaidis talis sectura, formantur, alias fragiles. ¶ Sectura item dicuntur fodinæ, sive cuniculi subterranei, in quibus metallia exiduntur. Cæſat comment. 4. Quibus fortiter resistentibus, vineas, turrēsque subegit: illi alias cunctione tentata, alias cuniculis ad aggerem vineasque actis, cujus rei sunt longè peritissimi Aquitani, propterea quod multis erat secturæ sunt.

Sectilis, e, quod sectum est, sive secari solet, aut sectu facile est. פְּנַתְּחָה. GAL. Aisé à couper, tailler, scier ou fendre. ITAL. Tagliata, è facile da tagliare. GERM. Schnedig/geschnitten das sich gern schneiden oder hausen lässt. HISP. Cosa cortada, è que se puede cortar. ANG. Ease to be cut. ¶ Sectile porrum, idem quod sectivum, cujus folia identidem solo tenus secantur. וְיִשְׁנֶס. Iuven. Satyr. 3.

— quis tecum sectile porrumb

Sutor, & exili verrucis labia comedit?

Medulla sectilis. Plin. lib. 16. c. 39. Ebur sectile, Ovid. de medicam. facie. Sueton. in Cas. c. 47. Sectilia vocat pavimenta quæ modicis sectionum intervallis distincta sunt. In expeditionibus, inquit, tesselata & sectilia pavimenta circumstulisse.

Sectivus, a, um, quod sectum est, aut secari solet. ¶ גְּזִיסָה. GAL. Taille, coupé, chiqueté. ITAL. Tagliato, fesso. GERM. Geschnitten / das man abschneidet HISP. Cortado, tajado. ANG. That is cut or used to be cut. ¶ ut Porrum sectivum, quod folia ejus sèpius secantur, ut profundius crescat. Duo enim sunt porri genera, unum capitatum, alterum sectivum. Colum. lib. 11. c. 3. Porrum si sectivum facere velis, densius satum præceperunt priores relinqu: & ita quum increverit, secari.

Sēgmēn, inis, Segmentum, quod à re aliqua ressecatur: à quo sunt Prese, segmenti, & resegmenti. ¶ בְּנַתְּחָה. GAL. Rongneure, piece. ITAL. Tagliamento. GERM. Ein abschnittsing/abgehaueen stück. HISP. La tajada. ANG. That is cut of frome any thing. ¶ Plin. lib. 13. cap. 11. Segminibus utrinque amputatis. Gell. lib. 10. cap. 15. Vnguim Dialis & capilli segmina subter arborem felicem terra operiuntur. Composita vide suis locis.

Sēgmenta, propriæ segmina, & ramenta quæ à re quapiam ressecantur: à secando, quasi secamenta c in g mutata. ¶ בְּנַתְּחָה schetħāb. גְּזִיסָה. GAL. Morceaux, pieces, lopins, fragmens. ITAL. Tagliamenti, pezzi tagliati da qualche cose, tagliatura. GERM. Abschnittsing/ alles das so von einem ding abgehaueen virt. HISP. Las cortaduras, tajadas. ANG. Thinges that is cut of frome other. ¶ Plin. lib. 36. de ratione secandi marmoris loquens, Crassior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris. Hinc etiam partes, & (ac ita dicam) membra mundi, quæ in universa terra digerit (quæ nostri circulos, Græci parallelos appellant, & climata) segmenta dicuntur. Plin. lib. 6. cap. 33. Plura autem segmenta mundi. Principium habet Indiæ pars versa ad Austrum, patetque usque ad Arabia

Arabiam & Rubri maris accolae. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis. ¶ Segmenta item: dicebantur minuta auri, & purpuræ, alteriusve materiae segmina, ex quibus vermiculatim compositis, pretiosissimæ conficiebantur vestes, quæ segmentatae dicebantur: quanquam non raro pro ipsis etiam vestibus segmenta posita legamus. Ovid. 3. de Arte,

*Quid de veste loquar? non jam segmenta requiro,*

*Nec qua de Tyrio murice lana rubet.*

Valer. Max. lib. 2. de institutis antiquor. Permisit quoque iis purpurea veste, & aureis uti segmentis, ubi segmenta virgæ aureæ & zonæ vesti insertæ ad ornamentum, velut initia quædam & limbi. Iuvenal. Sat. 2. segmenta enumerat inter nubentium ornamenta.

*Segmenta (inquit) & longos habens & flammea sumit*

*Areano qui sacra ferens nutantia loro*

*Sudavit eypeis ancibus.*

Non desunt tamen qui Segmenta interpretentur monilia ex auro & gemmis confecta.

Segmentatus, a, um, Segmentis ornatus, sive ex segmentis & frustis factus. *שְׂמֵנָתָא וּבְלֶנֶמֶת כִּתְבָּתְרַת מַגְנִימֶת גָּדוֹלַת שְׁמֵנָתָה*. GAL. Fait de plusieurs pieces, & de diverses couleurs. ITAL. Ricamato. GERM. Eingelegte verset mit sillerley holz. HISP. Trepado, pintado. ANG. Made of many and diverse pieces of diverse colours. ¶ Segmentata vestis (inquit His dor. lib. 19. cap. 22.) zonis quibusdam, & quasi præciliamentis ornata. Nam & particulas euicunque materiae abscessas præsegmina vocabant. ¶ Segmentatae cunæ, quæ confectæ sunt ex tenuissimis segmentis diversorum colorum, & quodam quasi vermiculato emblemate pictæ. Iuvenal. Satyr. 6.

*Et segmentatus dormisset parvula cunis.*

Quanquam non desunt qui cunas segmentatas ibi intelligent, veste segmentata tectas.

Segmentarius. Hadr. Jun. Nomencl. Phrygio Plinio, limbolarius Nonio, barbaricarium vocat Donatus Segmentarius, qui segmentis aureis sericilve additis vestes exornat, tamet' Probus Grammaticus eum intelligit, qui vestes ex auro elaboret, *מְזֻבָּדָה, כְּלֵבָה*.

Secors, & socors, Ignavius, segnis, tardus, vel negligens in consulendo, meditando, prospiciendo quid opus sit facto, quasi sine corde. *סְכֻבֵּת נַחֲרֵה נֶבֶל חַטָּאת כְּלֵבָה*. GAL. Estouardi, lourd, paresseux, negligent. ITAL. Pigro, tardo, negligente, poltronie, misero. GERM. Onbehaftz, hinlebig. HISP. Descorazonado, perezoso, negligent. ANGL. Slutish, slouthfull, harties or with ooth spirites. ¶ Terent. in Adelph. Nolim ceterorum rerum tecum secordem eodem modo. Cic. 1. de nat. deor. Contra quos Carnades ita multa disseruit, ut excitaret homines non secordes ad veri investigandi cupiditatem. Colum. lib. 1. c. 1. Itaque istam vitam secordem persequitur valetudo. Apud Tacitum semper legitur, Secors, Secordia.

Secordia, & socordia, ignavia, inertia, segnitie, *סְכֻבֵּת חַטָּאת כְּלֵבָה*. GAL. Sottise, paresse, bellisse & lourde. ITAL. Mancamento di core, di giudicio. GERM. Tragheit / hinlaßigkeit / mangel an gutem verstand und urtheil. HISP. Descorazonamento. ANGL. Slou: hysulness, flugghusse. ¶ Secordiam, inquit Festus, quidam pro ignavia posuerunt: Cato pro stultitia. Plaut. in Pœn. Nimia nos secordia hodie tenuit. Idem Asin. sc. 1. a. 2. Quin tu abs te secordiam omnem rejice, & segnitie amove. Idem P. end. sc. 2. a. 1. Nisi somnum secordiamque ab pecore oculisque amovebitis, &c. Terent. in Andr. Enimvero Dave nihil loci est segnitie, neque secordia. Livius 2. bell. Punic. Sed Pœnus advena ac extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione, & secordia jam hoc progressius.

Secorditer, sive Socorditer, Ignaviter, negligenter. *סְכֻבֹּוּאַס*. GAL. Lourdement, & negligemment. ITAL. Con dolce paccagine. GERM. Hinc missiglich faulich. HISP. Descoraz nad mente. ANGL. Slouthfullie flueghub. ¶ Inde Secordius, comparativum. Liv. 1. ab Urbe, Ab Albanis secordius res acta.

Secreto, Secretius, vide Secerno.

Secta, Sectarius, Sectator, vide Sequor.

Secubo, as, Scorsum, sive folus cubo. *סְכֻבֵּת קַרְבָּה*. GAL. Coucher à part. ITAL. Sederisi dormire da un canto solo. GER. Besonder ligen. HISP. Assentarsi à dormir à partie. ANGL. To lyne a part. ¶ Liv. 4. decad. lib. 9. Per jocum adolescentis vereat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisse religionis causâ, ut voto pro valetudine sua facto libertaretur. Idem fere ait Ovid. 2. Fast. Quintil. Sæpe secubanti (viro) amatorum dedit mulier. Suet. in Tib. cap. 7. Cum Julia primò concorditer, & amore mutuo vixit: mox dissedit; & aliquanto gravius, ut etiam perpetuo secubaret.

Secubitus, us, ipse secubandi actus. *סְכֻבַּת קַרְבָּה*. GAL. Couchement à part. ITAL. Esso dormire séparamente. GERM. Das besonder ligen. HISP. Aquel apartamento de cama. ANGL. A lying à part. Ovid. 5. Amor. Eleg. 9.

*Qui tibi secubitus tristes, dea flava, fuissent,  
Hos cogor sacrîs nunc ego ferre tuis.*

Catull. Argon.

Anxia nec mater discordis moesta puella

Secubitu, caro mittet sperare nepotes.

Secula, Falx, à secundo dicta, ut ait Varro lib. de ling. Lat. cap. 4. *סְכֻבָּה*. maghbal. opinim. GAL. Faucille. ITAL. Falce. GER. Ein sickel. HISP. Flaz para segar. ANG. Sickle or hoe. ¶ Hac utuntur qui in pratice herbas secant.

Seculum, i, sive à secundo, ut quibusdam placet: sive, ut alij malunt, à secundo deducitur, absque diphthongo melius scribitur, pronunciatum antepenultimam contra primitivam rationem. *סְכָלָם*. *secūlām, secūlā, secūlā*. GALL. Siccile, l'espace de cent ans. ITAL. Secolo, èra. GER. Ein zeit von hundert jaren / ein alter. HISP. Siglo, edad. ANG. An age, he space of an hundred years. ¶ Est autem seculum idem fere quod hominis unius etas. Festus interpretatur spatium Calepini Pars II.

centum annorum. Unde carmen Horatij seculare dicitur, quo describuntur sacrificia quæ centesimo quoque anno siebant. Id etiam colligi potest ex lib. 2. Ciceronis de Oratore, quum ait, Numam Pomphilium duobus seculis Pythagoram præcessisse: quem ex Livil. lib. 4. Terna secula vixit Nestor. Plaut. Aul. sc. 3. a. 1. Nec ullam (mulierem) repartam hodie dicunt ullo in seculo. Senec. cap. 14. de tranquill. Canius Iulus, vir in primis magnus, cujus admirationi ne hoc quidem obstat, quod nostro seculo natus est, &c. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

*Nam tulerint magnos cum secula nostra poetas.*

Velleius, Seculi sui eminentissimus. Idem, Non seculi sui, sed domi ævi optimus. Sueton. in August. cap. 88. Seculi sui ingenia foyit. Senec. cap. 2. de tranq. De seculo quæri. Quintilian. Ævunt seculorum consecutus, &c. Sunt qui spatium triginta annotum, seculum putent: alij vero mille annos seculum habere existimant. Idque confirmant adducto ex Plauti Miiste loco, qui sic habet: Quin mille annorum mille perpetuo vivunt ad seculum. Cicer. Brut. lib. 11. In multa secula videbamus Rem publicam liberatam, hoc est, in multum tempus, sive in multas ætates. Idem 2. de Orat. seculis multis antè gymnasia inventa sunt, quam in his philosophi garrire cœperunt, id est, multis retro ætatis. Idem 6. Verr. Parientes quorum ornatus tot secula manferat. Idem 4. Acad. Nihilne tot seculis summis ingenii, maximis studiis explicatum putamus? Seculum, sive seclum, per syncopen. Lucretius pro genere usurpat: ut, Serpentia secla. lib. 6.

*Naribus ali pedes, ut cervi sepe putantur*

*Ducere de latebris serpenzia secla ferarum.*

Idem lib. 3.

*Desiperent homines, saperent fera secla ferarum.*

Et lib. 1.

*Efficis ut cupide generatim secula propagent.*

¶ Saepet etiam seculum accipit pro tempore. Cic. in Parad. Etiam ipse fortassis in hujus seculi errore verbor, id est, in errore nostri temporis, vel nostræ ætatis. Aurea secula. Virg. 6. Aeneid.

*Augustus Casar divum genus aurea condet*

*Secula.*

Aspera secula. Ovid. 1. Metam.

*Aspera tum positis mitescent secula bellis.*

Impia secula. Virg. 1. Georg.

*Impiaque eternam timuerunt secula noctem.*

Secularis, quod centesimo quoque anno instauratur. *סְקָלָה נַחְתָּא הַמִּלְיאָה*. GAL. Qui se fait de cent en cent ans, de siècle en siècle. ITAL. Di cent anni, di secolo. GERM. Das über die hunderter jahr wider gehalten wird. HISP. De cien años, de siglo. ANGL. That is done every hundred yeares. ¶ Ut ludi seculares, qui ita instituti erant, ut non nisi centesimo quoque anno fierent: quanquam postea Principum ambitione, minore spatio interiecto, sæpius fuerint iustutati. In his ludis præco pronunciare solebat, Populum Romanum eos visurum esse ludos, quos nemo ejus ætatis unquam vidisset, aut visurus esset posthac. lib. 7. c. 48 Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisque secularibus ludis saltasse. ¶ In secularibus ludis nocturnum erat spectaculum. Sueton. in August. cap. 31. ¶ Periphrasis ludorum secularium, apud Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

*Ludi, quos etas aspicit una semel.*

Secum, dictio composita ex ablativo se, & præpositione cum: nota est significationis. *בְּרַגְמָה עַמּוֹ. כְּוּרַבְתָּא*. GAL. Avec soy. ITAL. Con seco. GER. Mit sich/mitt in selbs. HISP. Conigo. ANGL. With him self. ¶ Cic. Attic. lib. 8. Quis autem est, tanta quidem de re, quin variè secum ipse dilupet; Virg. 4. Aeneid.

*Ille meos, primus qui me sibi junxit, amores*

*Abstulit: ille habeat secum, servetque sepulchro.*

Plaut. Amph. Mirum quid solus secum secreto agat. Idem Ps. sc. 2. a. 2. Quid illuc secum solus loquitur? Idem Aul. sc. 1. a. 1. sola secum murmurat.

Secundo, secundas, vide Secundus.

Secundus, a, um, qui immediate sequitur primū: & tam numeri, quam dignitatis ordinem denotat. *סְכַנֵּן*. *שְׁנִירֵן*. *שְׁנִירָה*. GAL. Second, deuxièm. ITAL. Secondo. GER. Das ander. HISP. Segundo en orden. ANG. The secunde. Cicero. in Orat. Quoniam id secundum erat de tribus. Virg. 11. Aeneid.

*Turnus ego, haud ulli veterum virtute secundus.*

Hirtius 4. bell. Alex. Bellone templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos ejus dea majestate, imperio, & potentia, secundus à rege consensu gentis illis habeatur. Cum præpositione Ad. Cic. 3. de finibus, Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem, sed eos qui in aliquo honore sunt: quoniam ordo proximè accedit, ut secundus sit ad regiam principatum. Ovid. 13. Metam.

*Quippe manus fortes, nec sunt tibi Matri secundi.*

¶ Prior, secundus de duobus, Quintiliano dicitur. ¶ Secundus gradus, pro primo in heredibus, Sueton. in Tib. cap. 10. Quidam, inquit, existimat adultis jam Augusti liberis hæco, & quasi possessione, usurpati à se diu secundi gradus, sponte cessisse, &c. Idem Sueton. in Claud. cap. 7. Sub Caio demum fratri filio secundam existimationem circa initia imperij omnibus lenociniis colligente. ¶ Per translationem ponitur pto prospero. *סְכָלָה יְמִינָה*. GAL. Heureux, favorable, qui vient à gré. ITAL. Prospero, favorevoli. GER. Glücklich. HISP. Cosa prospera, favorable. ANGL. Prosperous, luckie. ¶ ut secunda fortuna, id est, prospera, quod vel conatus nostros sequatur, vel quod nobis obsequatur. azota. virgo. Virg. 9. Aeneid.

*Tantum fortuna secunda*

*Aut diversa cadat.*

Sic res secundæ, quæ pro nostro desiderio sequuntur. Cato apud Gell. c. 3. lib. 7. In secundis rebus, quam in adversis minus consilij esse docet. Plaut. Asin. sc. 4. a. 1. Lā nunc secunda mihi facis, id est, hac oratione secundâ) id est, grata animo meo atque jucunda, mihi satias

Mm

factis

facis. GAL. Maintenant tu me contentes.) Senec. cap. 2. de consol. ad Marc. Ubi secundo cursu vita procedit. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 4. Metuo ne in re secunda mihi obvertat corua. Secundissimus. Hirius lib. 4. de bello Alexandrino. Ita praeium secundissimum est factum. Secundissimæ leges latæ. Liv. lib. 3. ab Vrb. Secunda sua fama aliquid facere. Idem lib. 7. bell. Pun. & Sueton. in Aug. cap. 3. Quintum fratrem parum secunda fama proconsulatum Africæ administrantem, hortatur & monet Cicero, &c. Virg. 10. Æneid.

Nestia mens hominum fari, sortisque futura:

Et servare modum rebus sublata secundus.

Secunda oratione extollere. Salust. Iugurtha. 105. id est, composita ad voluntatem audientis ab eo qui obsecundet illius affectui. Ventus secundus, qui à puppe sequitur. Virg. 4. Æneid.

nec Zephyros audis spirare secundos?

Cic. pro Archia. Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus. Idem pro Sext. Rose. Cui de tanto patrimonio, ne iter quidem ad sepulcrum patrum relictum est. Idem de senectute. Nec sepulcra legens vereor, quod aiunt, ne perdam memoriam. Plaut. Milit. sc. 4. a. 2. Scio crucem futuram mihi sepulcrum: ibi majora mei sunt siti. Ovid. Eleg. 2. lib. 3. Trist. Sepulcri janua pulsata. Sepulcri autem appellatione omnis sepulturae locus continetur, ut ait Vlp. de sepulc. violat. l. prator ait. Sepulcrum, pro Sene, dixit Plaut. Pseud. sc. 4. a. 1. Ex hoc sepulchro vetere viginti minas effodiam. ¶ Sepulchrum commune, quod plebis erat, ut in Paticulis extra Exquiliis, nec hæredem sequebatur. Horat.

Hoc misera plebi stabantem commune sepulchrum.

Catullus translatè dixit,

Troia nefas commune sepulchrum Europa, Asiaque.

Lucter. de terra,

Omniparens eadem rerum commune sepulchrums.

Sepulchralis, e, quod ad sepulcrum pertinet. ¶ Σαντεφύριος. GAL. Appartenant à sepulcre. ITAL. Pertinente à sepulcro. GERM. Das dem Grab gehörte. HISP. Pertenece à sepulcra. ANGL. Belonging to a grave. ¶ ut, ceremoniae sepulcrales, quæ pertinent ad funerationem, impensis, structuramque sepulcrorum. Ovid. 8. Metam.

Ante sepulcrales infelix astitit aras.

Idem Epist. 22. Fax sepulcralis.

Sepulchrum, i. Locus ubi sepulcrorum est frequentia. ¶ Ῥόποτα πάρησε. GAL. Un lieu plein de sepulchres, un cimetiere. ITAL. Luego pieno di sepolcri, un cimitero. GERM. Ein gottesacker / kirchhof / gräberstät. HISP. Lugar de muchas sepulturas. ANGL. A churchyard. ¶ Catull. Epig. 55.

Vxor Meneni, sape quam in sepulcretu.

Vidisti ipso carpere è rogo cœnam.

Sepelibilis, e, quod sepeliri debet, aut potest. ¶ θεμέτως, πετρίς. GAL. Qui peult estre en séveli. ITAL. Che puo essere sepolto. GERM. Das man begraben soll oder mag. HISP. Que pueda ser enterrado. ANGL. That may or ought be buried. ¶ Plaut. Cistell. — facito ut facias stultitiam sepelibilem. s. Quid faciam? g. in latebras abscondas pectori penitissimo Tuam stultitiam.

Sepedes, quibus sunt sex pedes. Apul.

Sepedon, ulcus putridum. Rh.

Sepes, is, scemini generis, quæ objecta introitum prohibet in agnum aut horum. ¶ מַסְכָּנָה vel meschah. Oeg. 1. 2. GAL. Une haie. ITAL. Siepe, cosa spinata. GERM. Ein zaun/hag. HISP. Seto o foso. ANGL. A hedge a mound. ¶ Colum. lib. 10.

Talus humus, vel parietibus, vel seribus hirtis

Clandantur, non sit pecori, non pervia furi.

Virg. 8. Eclog.

Sepibus in nostris parvam te rōscida mala  
(Dux ego vaste eram) vidi, cum matre legentem.

Idem 1. Georg.

Quippe etiam festis quadam exercere diebus

Eas & iura sinunt : rivos deducere nulla

Religio vettuit, segeti prætendere sepe.

Insidas avibus moliri, incendere vetres.

Sepes, septum, & sepimentum, idem significare declarat his verbis Varro lib. 1. de re rustica, cap. 14. Nunq; de septis, quæ turandi causa fundi, aut partis fient, videamus. Earum tutelatum genera quatuor: unum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. Horum unumquodque species habet plures. Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis, &c. Secunda sepes est ex agresti ligno, &c.

Sephora, gallina. Pap.

Sepio, is, ivi, istum, vel sepsi, septum, Circunvallo, circundo. ¶ סֶפִחַת גָּדֵר ghadhar ḥen hes̄ bizzek. אֲבָדָן, פָּרָתָן. GAL. Environner, clorre de haies. ITAL. Circundare, intornare. GERM. Verzeunen, verhagen, mit einem zaun umgeben. HISP. Cercar de seto o foso. ANGL. To hedge or inclose. ¶ Dictum à sepiibus, quæ objecta, intercludunt iter. Cicero 2. de natur. deor. Latent præterea utiliter, & excelsis undique partibus sepiuntur. Idem Epist. lib. 15. Vallo & fossa circundi, sex castellis, castrisque maximis sepsi. Tacit. lib. 1. Acribus namque custodiis domum & vias sepsarat Livia. Virg. 1. Aeneid.

At Venus obsuro gradientes aëre se p̄st.

Suet. in August. c. 63. Seplit custodia militum eum, Velleius, Sepire mare præsidii crâlium, &c. ¶ Sepire pro ambage verborum obsecutare & quadam sepe obducere: ut & circumvestire sumitur. Apud Cicer. veteris Poëta, Quandoquidem circumvestit dictis sepit sedulo: unde & septuose pro obscure dixit Livius Andronicus, Septuose dictio abs te datur.

Seplimen, inis, οξύς, seplimentum. Apul. Florid. lib. 1. colliculus sepi mine consecutatus.

Septus, a, um, participium, Circundatus, munitus. ¶ סֶפָּעָה mukkaph. μογελίδη, φεγγή. GAL. Environné ITAL. Circundato. GERM. Umgrenzung, umgeben. HISP. Cercado. ANGL. Inlosed with a hedge. ¶ Liv. 1. ab Urbe, Ad hac Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus, communis tamen metu cogente, silentium tenuit. Virg. 1. Aeneid.

Insert se, septus nebula, mirabile dictu,

Per medios miscetque viris, neque cernitur ulli.

Plaut. Curc. sc. 2. a. 1. Per fundum septum semitam facere. (Obscenè.) Vide supra Semita.

Septa, Cotta, V.E. Mauritaniae Tingitaniæ, sub A. Olissiponensi, pareat Regi Catholico.

Septa, orum, generali vocabulo dicuntur omnia loca munita, & quo-

dam seplimento vallata. ¶ סֶפָּעָה ghedherot. δρόσεις, οχυρός, ὁρμη. GAL. Pare, closture de haies. ITAL. Mandria branco. GERM. Jetliche ðther die umbgezeunt oder eingeschrankt sind pferrich. HISP. Seto o foso, o vellado circuito. ANGL. Places hedged or inclosed, à close or enclosure. ¶ ut, Septa villa, quibus villa circumsepitur. Varr. lib. 1. de rerust. cap. 14. Nunc de septis, quæ tutandi fundi causa, aut partis fiant, videamus. ¶ Hinc etiam pecorum stabula: ut stabula ovilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, Septa nuncupantur. Virg. 1. Eclog.

Quamvis multa meis extret vittima septis.

E converso Lucanus Ovilia pro septis posuit,

¶ miser maculavit ovilia Rome.

¶ Septa etiam dicuntur loca in campo Martio circundata & circclusa, in quibus populus Romanus stans suffragia ferebat. Cicero pro Mil. Cum ille vi in septa irrueisset. Haec septa Ciceronis tempore ex marmore facta sunt. Idem ad Atticum, In campo Martio septa marmorea sumus facturi, cæque cingemus excelsa porticu. Martial. lib. 9.

In septis Mamurra diu multumque vagatus.

¶ Septa armis, armatisque circundata. D. Cyprianus, Satellitum manu septus, &c. Sidon. lib. 1. epist. 13. Reductus ad desideria medium timore summorum, & satis cavens ne beatum ultra diceret, duceretque, qui septus armis ac satellitibus, & per hoc raptis incubant opibus, fert pressus premeret autum. Egclippus lib. 1. c. 34. Stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra.

¶ Iutis consulti accipiunt Septa, pro obicibus, & claustris quibus utimur, ad impetus fluviorum coercendos. Vlp. de rivis, leg. 1. ¶ Septum pro intercapidine & interstitio apud Cels. lib. 8. cap. 4. media septa, & alibi, septa simpliciter, de spatiis dicitur, quæ jacent inter terebra foramina. ¶ Septum transversum à Medicis, reique anatomice petitis appellatur, quod Græci vocant διαφραγμα, quo partes vitæ, hoc est, cor & pulmo à naturalibus discluduntur: de cuius substantia, figura, & usu, vide plura suprà in dictione Diaphragma.

Septuosus, quasi septon plenus: id est obscurus.

Septuose, adverb. à sepio, Obscurè. ¶ οὐρανὸς. GAL. Obscuramente. ITAL. Obscuramente. GERM. Verborgenlich dunkel. HISP. Escuramente. ANGL. Obscurè, darklie. ¶ Liv. Antiope, Itā septuose dictio abs te datur, quod consecutam lapiens ægrè contulit. Nonius.

Sepimetur, i. id dicitur quo aliquid sepitur. ¶ סֶפָּעָה ghedherot. δρόση. GAL. Closture de haies. ITAL. Chiatura di siepe. GERM. Verzessung. HISP. Seto o foso, espinal. ANGL. A hedge or enclosing with a hedge. ¶ Varr. 1. de re rust. c. 14. Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgultis aët spinis, quod habet radices vivæ sepis. Cic. 1. de Leg. Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit, disrendi ratione, veri & falsi judicandi scientia.

Sepio, Viõe Sepes.

Sepia, ζοντια. GAL. Seiche. ITAL. Sepia. GERM. Ein meespin oder blackfish der ein schwärzen schwartz von ihm lebt man in fahen wil / und sich darein verbirgt. HISP. La xibia pecado. ANGL. A fish called a cuttle. ¶ Genus pisces atrum cruentum, dum se peti animadvertisit, per aquam effundens, atque ita pescatoribus iter velet praesepiens. Plin. lib. 9. cap. 29. Sepiarum generis mares varij & nigriores, constantesque majoris. Percussæ tridente feminæ auxiliantur: at feminæ icto mare fugit. Ambo autem ubi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine iis est, infuscata aqua absconduntur. Pers. Satyra; 3. Sepiam pro atramento scriptorio posuit, respiciens nimirum ad pisces ejus sanguinem, atramenti nigrem referentem. Verba ejus sunt hæc.

Tum querimur, crassus calamo quod pendeat humor.

Nigra quod insuffit vaneat sepi lymphæ.

Sepiolæ, diminutivum. Plaut. in Cas. Emitto sepiolas lepidas, &c.

Sepium, οξύς, pars dura solidaque in doiso sepiæ: quæ in boligine, gladiolus fischbein dicitur: quo utuntur aurifabri.

Sepias, sepias, οξύς, Magnesiae promontorium est, Herod. lib. 6. & Plin. lib. 4. cap. 9.

Sepinates, vel potius Sæpinantes, οξύταιτες, Populi sunt inter Samnites in quarta Italix regione à Plinio collocati. Horum oppidum Sæpium, οξύταιτες, commemoratur à Ptolemy lib. 3. cap. 1.

Sepius, untis, οξύς. Siponto, hodie Mafredonia. Oppidum Appulorum Dauniorum, ad radicem Gargani montis à Diomede conditum: à multitudine Sepiarum, quæ ibi fluctibus ejiciuntur, imposito nomine. Hoc postea aliquot liceratum immutatione Sepius, οξύς, & Sipontum appellatum est.

SEPLASIA, fuit forum Capuae, in quo unguentarij negotiabantur, cujus deliciis factam fuisse Punicam ferociam testatur Valerius Maxim. lib. 9. Cicero, contra Rullum. Iam vero qui metus erat tunicatorum illorum: & in Albana, & Sepalias.

Seplasiarius, pro unguentario, & effeminato. Lampridius in Heliodoro, Pinxit le ut cupidinarium, ut seplasiarium, ut popinarium.

SEPOONO, nis, pen, pro. Seorsum pono, separe, sejungo, disjungo. ¶ טְבֵלְתָה τεσσαράς. τεσσαράς, δεκτρόν. GAL. Separer, mettre à part, reserver. ITAL. Mettere da banda, separare. GERM. Nâben sich setzen oder legen. HISP. Poner à parte. ANGL. To put aside, or à part, to lay à part. ¶ Cic. in Orat. Ut iij qui docerent, nullum sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent. Idem 3. de Orat. Ut alias aliam sibi partem, in qua elaborer, seponeret. Horat. in Arte.

Scimus inurbanum lepidio seponere disto.

Quint. lib. 12. In consiliis vero, quæ ratio suadendi est, ab honesti questione sposita est, id est, divisa, separata. Livius lib. 1. ab Urb.

Captivam pecuniam in ædificatione ejus templi seposuit. Ovid. 3. Fast.

Te memorant, Gange, totoque Oriente subditos,

Primitias magno seponuisse Iovi.

Sueton. in Calig. c. 47. Ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam. ¶ Pto relegate in aliquem locum. Suet. in Aug. cap. 65. Agrippam ob ingenium sordidum & ferox, abdicavit, seposuitque Surrentum. (Paulo ante, relegavit.) Vide paulo infra Sepositus.

Sepositio, οπήσιος. Vlp. D. lib. ult. sat. 2. l. 2. Si forte qui decimam votis, decesserit ante sepositionem.

Sepositus,

Spōstūs, Remotus, disjunctus. § נְסָתֵן neesāl. διαντελόω. GAL. Mis-  
arriere des autres, retiré, reculé & lointain. ITAL. Tirato à dietro, allon-  
tanato. GERM. Seit gelegen. HISP. Aparcado, puesto à parte. ANGL. Put  
à part, reculed. § Mart. lib. 1.

Qua r̄m seposta est, qua gens tam barbara, Casar,

Ex qua spētator non sit in urbe tua?

Pro relegatus, Sueton. in Othon. cap. 3. Quare diducto matrimonio,  
sepositus est per causam legationis in Lusitaniā. Vide Sepono supra.  
SEPS, sepis, malculini generis, ηψ, Parvus serpens, ex cuius iictu mem-  
bra percussa purrēscunt: à σύνη, verbo Græco, quod est putrefactio.  
Nam quidquid momorderit, resolvitur in putredinem. Lucan. lib. 2.

Ossaque dissolvens cum corpore tabescens seps,

Plin. lib. 29. c. 5. Lacerta, quam hi Sepa, alij Calcidem vocant. Aufon.

An Libya ferale malum sit Romula vox, seps?

Sepedon, οντίδων, etiam serpens, quem Gesnerus eundem esse censet cum  
sepe. Vox propriè est putredo. ergo serpens per meton. effecti.

Septā, septorum, Vide Sepio, in Sepes.

SEPTEM, numerale nomen, notæ significationis, à Græco ιττά deduc-  
tum, spiritu aspirato in l' mutato, & vocali ultima in em. § שְׁבֻנָה schibnah. GAL. Sept. ITAL. Sette. GERM. Siben. HISP. Siete en nu-  
mero. ANGL. Seven. § Virg. 6. Æneid.

Necnon Threicius longa cum veste sacerdos

Obloquitur numerus septem discrimina vocum.

Septemagium territoriorum caprum à Romanis. Plutarch. in Romul.

Septangulus, dicitur quod septem angulos habet. επίλαγος.

Septembēt, mensis septimus à Martio, à quo Romani olim annum  
suum auspicabantur. § Σεπτέμβριον bri. μηνογραφίων, οκτώμερον. GAL.  
Septembre. ITAL. Settembre. GERM. Der herbstmonat. HISP. El mes de  
septiembre. ANGL. The month of september. § Aliquando sumitur ad-  
jective. Horat. 1. Epist. 16.

Ha latebra dulces etiam (si credis) amæna,

Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.

Septemflūs, a, um, quod septem alycis, rivis, aut fontibus fluit. § ιττα-  
γός. Qui coule par sept lieux. ITAL. Che coule per sette luoghi. GERM.  
Das siben flüs oder furt hat. HISP. Que corre por siete partos. ANGL.  
That floroth or runneth in seven places. § Ovid. 15. Metam.

Pérque papyriperi septemflua flumina Nili

Villries egisse rates.

Septēmgēminūs, a, um, quod septem haber partes, sive membra. § ιττα-  
wās. GAL. Qui double en sept. ITAL. Che ha sette parti o membra.  
GERM. Das siben thei oder arm hatt. HISP. Cosa de siete doblezes. ANG.  
Sevenfold. § Virg. 6. Æneid.

Et septēgemini turbant trepidā ostia Nili.

Septempeda, San. severino, V. E. Piceni, sub A. Firmano.

Septēmpedālis, e, quod septem pedes est longum. § ιτταδῖος. GAL.  
De sept pieds. ITAL. Lungo di sette piedi. GERM. Sibenschuchus. HISP.  
Luengo de siete pies. ANGL. Seven foote long. § Plaut. Curcul. lib. munc  
statuam vult dare auream, Solidam faciundam ex aureo Philippo,  
quaer siet Septempedalis.

Septēmplēx, icis, quod in septem partes divisum est. § ιτταθῆς. GAL.  
De sept doubles, separé en sept partis. ITA. Spartito in sette parti. GER.  
Sibensach, oder das siben cheil hatt. HISP. Cosa de siete doblezes. ANG.  
Sevenfold. § Virg. 12. Æneid.

— clypei extremos septemplicis orbes

Per medium stridens transit femur,

Ovid. 2. Trist.

Solus ad ingressus missus septemplicis Istrī

Parrhasie gelido virginis axe premor.

Idem 13. Metam.

Surgit ad hos clypei dominus septemplicis Aix.

SEPTĒMVIR, i, unus ex septemviris, dignitatem aliquam administranti-  
bus in imperio Germanico, Electores principes dicuntur Septemvi-  
ri, Churfürsten/ q. electionis principes, αὐτοκράτορες. Romæ collegia  
quatuor erant, Pontificium, augurum, septemvirorum, epulonum, &  
quindecim-virorum. Postea lodalium Augustalium accessit colle-  
gium. Vide Casaub. in Sueton. Octav. cap. 10.

Septēmviralis, e, ad septemviro pertinens. Livius 4. bell. Pun. Ut prodi-  
tio pro Septemvrali judicio esset, semperque aliud sentiret infidus  
Socius, yanus hostis, &c.

Septēmvirātūs, us, d. Septemvirorum dignitas. Cicer. 1. Philipp. Eundem  
in Septemviratu nōnne destituisti? intervenit enim.

Septēnātūs, a, um: ut, Septenarius numerus, qui constat septem re-  
bus. § ιττάς. GAL. Contenant sept. ITAL. Numero di sette. GERM. Die  
zal von siben. HISP. Numero de siete. ANGL. That containeth seven. §  
Septenarius versus. επίλαγος. Cicer. 1. Tusc. Non intelligo quid  
metuat, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. § Septe-  
narius dierum, est hebdomas.

Septēndēcim, Numeri nomen indeclinabile, notæ significationis  
§ δεκαεπτικός, επταεπτικός. GAL. Dix sept. ITAL. Decisette. GERM. Sibens-  
dehen. HISP. Diez y siete. ANGL. Seventene. § Cic. 8. Verr. En quod  
Tyndaritani libenter prædicent, nos in septendecim populis Siciliæ  
non eramus.

Septēnūs, a, um, Septem. § שְׁבֻנָה schibnah. επέδου. GAL. Sept. ITAL.  
Sette. GERM. Siben je siben. HISP. Siete. ANGL. Seven. § Cic. 4. Verr.  
Et pueri annorum senum septenūmque denūm, Senatorium nomen  
nundinati sunt. Virg. 5. Æneid.

Dixerat hec, aayris quum lubricus anguis ab imis

Septem ingens gyros, septena volumina traxit.

Propert. lib. 2. Eleg. 17.

Non quia septenæ noctes sejuncta cubari.

Septuennis, e, Septem annorum. § επτάτες. GAL. Qui a sept ans, agé de  
sept ans. ITAL. Di sette anni. GERM. Sibenärig. HISP. Cosa de sie-  
te años. ANGL. Of seven years. § pro quo legitur & Septuennis, &  
hoc septuenn. Plautus in Menach. in Prologo: Postquam jam pueri  
septuennes sunt. Sezenn. apud Diomed. l. 3. Septuennis cadens.

SEPTENTRIO, ēs, sunt septem stellæ, ex quibus quasi juncti Triones  
figurantur. § וּבְעַלְבָדָה. επεξειδ. GAL. Septenion, la partie septentrio-

nale opposite au midi. ITAL. La parte settentrionale opposta à mezzo  
di. GERM. Das mittendächisch fibengestun / der heerwagen oder bär.  
HISP. El norte. ANGL. The north, or seven starres in the north. § Scri-  
bit Varro, triones rusticorum vocabulo boves vocari, quasi tertio.  
dictos malunt, quoniam ita sitæ sunt, ut ternæ quæque stella pro-  
ximæ inter se trigonon, id est, triquetram figuram constituant,  
quam recentiores vocant triangulum. Hoc sydus à figura, quia si-  
mile planstro videtur, antiqui Græcorum ἀρχές, id est, plausum  
dixerunt: nostri à bobus junctis, Septentriones appellarunt. Ab his  
etiam ventus spirat, qui Austro objectus est: & Latine Septen-  
trio, & Septentrionalis ventus, & Septentrionarius: Græcè vero quod  
ab arcto fieri, Apartias appellatur. Cicer. ad Att. lib. 9. Ex ea die fu-  
re Septentriones venti, Septentriones, Græcè ἀρχές, quid, & unde,  
docet Gell. c. 21. lib. 2.

Septentrionālis, e, adject. § ἀρχές. GAL. Septentrional, du septentrion.  
ITAL. Settentriionale, di settentrione. GERM. Mündächisch. HISP. Cosa  
de la parte del norte. ANGL. Of the north. § Ut, Septentrionalis ven-  
tus, à Septentrione flans. Plin. lib. 9. c. 17.

Septentrionarius, ventus septentrionalis.

Septēs, adverbium, Septem vicibus. § ιττάxis. GAL. Septem. ITAL.  
Sette volte. GERM. Siben macht. HISP. Siete veces. ANGL. Seven  
times. § Cic. 2. Philip. Vbi est septies millies septentriōnum, quod in  
tabulis, quæ sunt ad Opis, patet. Plin. lib. 16. c. 40. Septies resili-  
tudo templo.

Septifatiā, Septem modis, ea forma qua multifatiam. § ιττάχ. GAL.  
Divisē en sept. ITAL. A sette modi. GERM. Sibnerleyweiss. HISP. Es  
siete maneras. ANGL. Seven diverse ways. § Satra de verborum an-  
guitate, In quod volumen unum eos lectitavimus, & postea inveni-  
imus septifatiā divisum. Nonius.

Septimūs, a, um, Ultimus, sive unus ex septem. § וּבְעַלְבָדָה. επεξειδ.  
GAL. Septēme. ITAL. Suttimo. GERM. Der siben/ einer auss sibben. HIS.  
Costa senna en orden. ANGL. Seventh in order. § Plin. lib. 7. c. 51. Vi-  
tamen in septimum & quinquagesimum, atque centesimum vitz da-  
raret annum. Plaut. Pseu. sc. 2. a. 2. Aedes esse septimas à portæ dixit. Idem Men. sc. ult. a. 5. Auctio die septimi fieri. (Ita ibi omnes  
docti legunt die septimi.) Cave scribas septimo.

Septimanus, a, um, qui ex ordine septimorum: septimo mense editus.  
Septimana adjectivè, quæ in septimorum ordine: ut primaria in pri-  
matum, substantivè est, septimana dies: ipsi septem dies collecti, heb-  
domas dierum. ¶ Septimana item septem hebdomades inter Pas-  
cha & Pentecosten. ¶ Solemnitas ad finem illarum hebdomadum,  
qua Pentecoste, Quinquagesimo die post falcem missam in se-  
tem, celebrabatur. ¶ Septimana magna, que Pascha antecedebat,  
ob varios pieratis ritus, qui ad meditationem passionis Christi  
pertinebant, ita dicta.

Septimūm, adverb. Septimō. § שְׁבֻנָה schibnah. επεδοχες. GAL. Pour la septième fois, sept fois. ITAL. La settima volta. GERM.  
Süm fibendenmali. HIS. La scena vez. ANGL. Seventhlie. § ut, Sep-  
timūm Consul, sicut & secundūm Consul. Cic. 3. de nat. deor. Car  
enim Martius tam feliciter septimū Consul domi sussexerit  
mortuus?

Septingēnāriūs, a, um, quod septingentorum numerum complecti-  
tur. § שְׁבֻנָה schibnah meóh. επεδοχες. GAL. Du nombre de  
sept cens, septicentime. ITAL. Di settecento, settecentesimo. GERM. Das  
hbenhundert hat. HIS. De sietecientos. ANGL. Of the number of seven  
hundred. § ut, Septingenarius grec, Varr. 2. de re rust. cap. 10. Septinge-  
narij enim mei, tu octingenarios habuisti.

Septingēntī, æ, a, pluraliter tantum. § שְׁבֻנָה schibnah. επεδοχες.  
επεδοχες. GAL. Sept cens. ITAL. Settecento. GERM. Sibenhundes. HIS.  
Sietecentos en numero. ANGL. Seven hundred. § Plin. lib. 35. c. 2. Et  
M. Vattro benignissimo invento inserit voluminum suorum secen-  
ditati non nominibus tantum septingentorum illustrat. Livid. 3.  
bell. Pun. Casilinum oppidum redditum Campanis est, firmatis se-  
pingentorum militum de exercitu Annibalis præsidio.

Septingēsimūs, a, um, Ultimus, sive unus ex septingentis, § וּבְעַלְבָדָה. επεξειδ.  
GAL. Septēsimē. ITAL. Settecento. GERM. Der sibenhunderst ist / oder einer auss sibenhundeten.  
HIS. Sietecientos en orden. ANGL. The seven hundredth. § Liv. 3. in  
Urbe, in Freæm. Res est præterea, & immensi operis, ut quæ suprà  
septingēsimū annūm repetatur.

Septicollis, urbis Romæ epitheton, à septem collum numero imposi-  
tum. § ιττάφ. GAL. De sept colline. Di sette coll: à montagnette,  
GERM. Das siben bühel hat. HIS. De siete collado. ANGL. Of seven  
hilles. § quorum nomina erant. Capitolinus, Palatinus, Quirinalis,  
Aventinus, Cælius, Viminalis, & Exquelinus.

SEPTIMONTIŪM, dies festus appellatus mense Decembri, qui dicitur  
in Fastis Agonalia, quod in Septem montibus fierent sacra, Palatio,  
Velia, Fagutali, Subura, Cermalo, Cælio, Oppio, Cespio. Fest. Illav-  
tò Agonalia proprie idus Decembres, alia ab illis Agonalibus,  
qua notant Fasti mense Ianuario.

Septimontialis, e, ad septimontium pertinens: ut, Septimontiale sacrum.  
Suet. in Domit. cap. 4.

Septimuncialis, Vide Septuncialis.

Septizonium, hebdomas: quasi zona temporis à septem diebus con-  
bulata.

Septuāgīntā, Decies septem. § שְׁבֻנָה schibnah. επεξειδ. GAL. Se-  
ptante. ITAL. Settanta. GERM. Sibennia. HIS. Setenta in numbris.  
ANGL. Seventie or threescore and ten. § Cic. 3. Verr. Vnus ager Agy-  
rinensis centum septuaginta oratoribus inanius quam sit.

Septuāgīnūs, a, um, quamvis propriè ad distributivum numerum  
pertineat, sāpē tamen id ferè valet quod septuaginta. § שְׁבֻנָה  
schibnah. επεξειδ., vel sedituox. A. GL. Sen. enrie. 3. Plin. lib. 26.  
cap. 16. Septuageno coitu durate libidinem contactu herbae cujus-  
dam.

Septuagies, Adverbium. Colum. lib. 7. c. 2. Hoc in se multiplicato, se-  
ptuagies septuagēni sunt quatuor millia & noningenti. Septuā-

Septimana mala, *σεπτηματική*, dicuntur à Septio Libertino, eorum primo insitore, insigni rotunditate praedita. apud Colum. tamen lib. 5. c. 10. unde Calepinus haec se sumpsiisse profiteretur, *Sextiana poma legimus non Septiana.*

Septicūs, a, um: *σεπτηματικός*, Putrefactivus, *δένθε τού σεπτηματικός*, quod est putrefacere. Vnde & *σεπτηματικά* dicuntur medicamenta quae putrefaciendi vim habent. Plin. lib. 28. cap. 9. Quin & sanguis eorum septicam vim habet.

SEPTVNX, cis, mensura, vel pondus septem unciarum. hoc est, assis partes septem. *Σεπτεμβρία*. GAL. Sept onces. ITAL. Sette onze, ò sette parti di dodici. GERM. Siben theil eines Dings das in zwölftheil abgetheilt wird. HISP. Siete partes de doce. ANGL. Any weight of seven ounces. ¶ Vnde & in agri mensuris septunx dicitur qui continet semijugerum, & jugeri partem duodecim. Columell. lib. 5. cap. 1. Pars dimidia, & una duodecima, pedes sexdecim millia & octingentos: hoc est, septunx, in quo sunt scrupula CLXVIII. ¶ Accipitur etiam septunx pro septem cyathis vini. Solebant enim veteres, quando se paulo liberius invitabant, tot vini cyathos eibere, quot erant litteræ in amasiorum, amicatūmve nominibus singulōsque cyathos appellabant uncias. Mart. lib. 8.

*Si Theluthusa venit, promissaque gaudia portat:*

*Servabor domina Rufe triente tuo.*

*Si dubia est, septunce trahar: si fallit amantem,*

*Ve jugulem curas, nomen utrumque bibam.*

Tale est illud ejusdem Poëtæ lib. 11.

*Quincunces, & sex cyathos, beffemque bibamus,*

*Caius ut fiat, Iulius, & Proculus.*

Quincunces ait, id est, quinque cyathos: bessem, id est, cyathos octo. In Cajus enim quinque sunt literæ, in Iulius sex, in proculus octo. Idem lib. 1.

*Nevia sex cyathis, septem iustina bibatur.*

*Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus:*

*Omnis ab infuso numeratur amica Falerno,*

*Et quia nulla venit, tu mibi Somne veni.*

Septuncialis, e, quod est unciarum seu partium septem. *Σεπτεμβρία*. GAL. De sept onces. ITAL. D. sette onze. GERM. Das siben theil hat einen zwölftheiligen. HISP. De siete onzas. ANGL. Of seven ounces. ¶ ut, Septuncialis satio, qua scribitur semijugerum, & duodecima jugeri pars. Colum. lib. 2. cap. 10. Media sementi pars seri, & pars ultima debet, quæ septuncialis satio dicitur.

Septuplus, a, um, septies tantus proportione.

Septimus, vir Romanus, cuius amores describit Catullus. A quo Septimus diminutivum. Catul. de Acme, Sic, inquit,

*— mea vita Septimille,*

*Huic uni domino usque serviamus.*

Septuosus, & Septuōse, Vide Sepes.

Sepulctum, Sepultura, Vide Sepelio.

Sepum. Vide Sevum, & Sebum, sive.

SEQUĀNA, *σεκουάνα*. Vulgo Seine, fluvius Galliæ, Belgas à Celtis dividens qui Sequanis populis, apud quos oritur, nomen creditur fuisse. Plin. lib. 4. cap. 17. Alcalde ad Sequanam Belgica.

Sequāni, *σεκουάνοι*. Stephano, populi sunt Galliæ, Heduis, Lingonibus, & Helvetiis finitimi: à Sequana fluvio, qui apud eos oritur, nomen sortiti. Horum loca hodie tenent Burgundiones, gens origine Germanica, quemadmodum & Franci, qui trajecto Rheno in Galliam irruperunt, pulsisque prioribus incolis, sedes eorum invaserunt.

Sequānus, a, um, adjectivum. Lucanus lib. 1.

*Optima gens flexis in gyrum Sequana frans.*

Sequānicūs, a, um, aliud adjectivum. Martial. lib. 13.

*Hanc tibi Sequanica pingueum textricis alumnam, &c.*

SEQ̄UAX, Sequela, Vide Sequor.

SEQ̄ESTER, ris, re: & hic & hæc Sequestris, & Sequester, ra, rum, apud quem plures rem aliquam, de qua controversia est, deposuerunt: ut inquit Modestinus in l. sequester, 110. de verb. sign. *Σεκουάνας, ου διοίσθιος*. GAL. Gardien de biens, ou depositaire en justice, sequestre. ITAL. Chi ha in deposito danari d'altri, intromesso. GERM. Ein mittelmann hinder welchen zwey parecheyen etwas gelegt haben datum ein span ist / ein schidman / vnder / handler. HISP. El tercero, aquel en quien se reponen los rehenes o prendas terceria. ANGL. A solicitor, or attorney in the law, an indifferent man betwix two parties. ¶ Dictus (ut docet Gellius lib. 20. cap. 10.) quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur: est enim medius inter duos alterantes, apud quem aliquid sepositum. Quapropter Virg. lib. 11. Pacem sequestram, inducias appellavit, quod mediae sint inter bellum præteritum & futurum:

*Bis senos (inquit) pepigere dies, & pace sequestra*

*Per sylvas Teneri, mystique impunè Latini*

*Erravere jugis.*

Senecc. c. 12. de con. ad Helviam. Menenius Agrippa, qui inter patres ac plebem publicæ gratiæ sequester fuit. Sequester (inquit Asconius) ille est, apud quem pecunia deponitur. ¶ Tribuum quoque corruptum conductor, Sequester dicebatur: quod etiam anno tavit Budæus, Sequestri, inquiens, vebo Oratores pro iis interpretibus utuntur, qui judiciis corruptis, aut ejusmodi maleficiis suscipiendis operam suam locant. Cicet. 2. Verr. Moneo, prædico, antē denuntio, qui aut deponere, aut accipere, aut recipere, aut polliceri, aut sequestres, aut interpretes corrupti judicij solent esse: quique ad hanc rem aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt, abstineant in hoc judicio manus, animosque ab hoc scelere nefario. Idem pro Client. Quo sequestre in illo judice corrupto dicebatur esse usus. ¶ Sequester apud Quintil. est, qui à litigatore doctus, docet patronum, is enim ait lib. 2. cap. 8. Quomodo autem sequester ille, & media litium manus, & interpres, &c.

Sequestrō, adverbium, apud sequestrem: *την μεταχύνω*. ut, Pecuniam sequestrō deponere, hoc est, in manibus sequestris, donec sententia de cism fuerit cuius esse debeat. Sequestrō se ponere, dixit Cato Calepini pars II.

apud Gell. cap. 11. lib. 20. pro eo quod est sese separate ab eo cum quo ante fuoris conjunctus. Nolite (inquit) per Deum immortalem vos sequestrō ponere. Hinc Sequestropositus, a, ut, quicquid apud sequestrum possum est. Differt autem res sequestrō posita à Deposito, quod rei depositæ proprietas apud deponentem manet una cum possessione, at sequestroposita possessione ad sequestrum transit. Id enim agitur ea dispositione, ut neutrius possessioni id tempus procedat, Hotom. (scilicet ad usucapiendum.)

Sequestro, as, apud sequestrum depono, ut in tuto sit: depono servandum, condō: certum facio, & persuasum: sequestrum ago.

Sequestratiūs, adjekt. ut, actio sequestraria. Pompon. in l. si in agro, s. cum sequestro, ff. depositi, vel contra.

Sequestratorium, locus ubi aliquid sequestratur, seu depositum servatur. Tertull. sequior, deterior.

Sequestrum scriptum illud, quod de sequestratione conficitur. Cath.

Sequius *άκος*, pro Secius, adverbio. Liv. 2. ab Urbe, Invitus, inquit, quod sequius fit de meis civibus loquor, &c. Afrani apud Chans. lib. 24 fin id quod non spero talis notio sequius ceciderit.

SEQ̄VOR, eris, utus, à Seco deductum, est verbum commune, secundum Priscianum. Eo post. *אַחֲרָה תְּלִין halach achär halah*. *אַתָּה עַגְלָתְּבָא*. GAL. Suivre. ITAL. Seguire, seguitare. GERM. Folgen nachfolgen. HISP. Seguir. ANGL. To follow, & Plaut. in Amph. Sequere hæc igitur me. Plaut. Men. sc. 1. a. 4. Quod sequar ego te? c. Ad trapetizam. Ibid. sc. 4. a. 1. Eamus intrò. M. Iam sequar te, &c. Terent. Andr. funus interim procedit, sequimur, ad sepulchrum venimus. Cicer. 1. Offic. Neque enim attinet repugnare naturæ, nec quiquam sequi quod assequi non queas. Virg. 1. Aenid.

hos tota armenta sequuntur,

A tergo, & longum per valles pascitur agmen.

Sequi amicum, est facere quod amico placet, & obtemperare illi. Cicer. de Amicitia, Ut ne quis concessum putet, amicum bellum patriæ inferentem sequi. Sequi consuetudinem, est facere secundum consuetudinem. Plin. Epist. 30. Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? ¶ Sequi fidem alicuius. Cicet. de Divin. Quod fidem secutus, amicitiamque pop. Rom. functus sit officio. ¶ Sequi suam fortunam, est successu, & occasione fortunæ uti. Sequi natum ducem, facere quemadmodum natura nos inclinat. Sequi verbum aliquod, est summa dictio cuti insistere, omessa intentim sententia. Sequitur ut. Idem 2. de finib. Nec enim sequitur ut cui cor sapiat, ei non sapiat palatus. Idem de Fato, Veniet in Tusculanum Hortensius, verum non est, sequitur ut falsum sit. Ibidem, Nee si omne enunciatum verum aut falsum est, sequitur illico esse causas immutabiles & æternas. ¶ Sequi sequentem, Aenid. 11. v. 695. Totus locus ostendit, id de motu in orbem dici, ubi, quod tunc prius, mox posterius videtur. Ait,

*Orfiochum fugiens magnumque agitata per orbem*

*Eludit gyro interior, sequiturque sequentem.*

Et sequi, hoc est persequi possumus sequentem. Sequor, Secta, secutio, & eorum notio, apud Gell. cap. 9. lib. 18. Hujus composita sunt, assequor, consequor, exsequor, inseguor, obsequor, perseguor, subsequor, pedissequus, & pedissequa: de quibus suis locis.

Sequutio, *ἀκολυθία*. Gell. lib. 18 c. 9. Et sequor, & item secta, & sequutio, consuetudine loquendi differunt, sed qui penitus inspexerit, origo & ratio utriusque una est.

SEQ̄UITOR, ris, qui praecuntem sequitur. *אַחֲרָה תְּלִין halach achär halah*. *rodhēph. ἀκολυθῶν*. GAL. Qui suit. ITAL. Seguitore. GERM. Ein nachfolger. HISP. El que sigue o va tras otro. ANGL. He that followeth. ¶ Sequutores item inter gladiatores dicuntur, qui adversus retiarios pugnabant, alio nomine mirmillones dicti. Utitur hac voce Suet. in Caligula, c. 30. Retiarij tunicati, inquit, quinque numero gregatim dimicantes, sine certamine ullo totidem sequutoribus succubuerant: usus est Iuvenal. Sat. 8.

SECTÖR, aris, Multum & continuè sequor. *אַחֲרָה תְּלִין halach achär halah*. *rodhēph. μεγαλυτήριον*. GAL. Suivre souvent. ITAL. Seguitare, andar dietro. GERM. Sets oder embig nachfolgen. HISP. Mucho seguir, andar tras otro. ANGL. To follow often. ¶ Plaut. in Cistel. Anum sectatus sum clamore per vias. Cic. 4. Verr. Is cum Praetorem circa omnia forta sectaretur. Idem pro Sext. Ro/c. Iij servi ubi sunt? Chrysogonum, Iudices, sectantur. Plaut. Milit. sc. 1. a. 2. Ait sese ultrò mulieres sectari. Propriè autem hoc verbum (quod & Donatus annotavit) ad Philosophorum discipulos pertinet, qui praceptorum assidue comitantur, ut colloquio ejus, & usu eruditiores, eique per omnia similes evadant. Huc respexit Gnato ille Terentianus in Eunucho, Ibi homo cepit me obsecrare, ut sibi liceret discere id de me: sectari jussi. Tanquam Philosophorum habent disciplinæ ex ipsis Vocabula parasiti, ita ut Gnatonici vocentur. ¶ Sectati & flagitare aliquem. (de Creditore.) Gell. c. 6. lib. 7. ¶ Sectari beluas, apes cervos, & venando consecutari, persequi, investigare, perquirere, sequi diuersas. Virg. in Bucolicis 3. Ecloga.

Si dum tu sectaris apes, ego retia scrivo,

Horat. Sermonum Satyræ 2.

— leporum sectatus, equorum

Lassus ab indomito.

Plaut. Pseud. sc. 2. a. 2. Quod ille gallinam, aut columbam se sectari dicat, (id est, persequi fugientes)

SECTATOR, is, verbale, qui assidue aliquem affectatur. *אַחֲרָה תְּלִין halach achär halah*. *rodhēph. quelqu'un pour apprendre de lui, secta eus*. ITAL. Chi segue alcuno per imparare da lui. GERM. Ein embiger oder fleißiger nachfolger. HISP. Quien sigue alguno para aprender. ANGL. He that followeth often or haunted one. ¶ Cic. pro Mur. an., Quid opus sectatoribus? Idem pro Rab. Postumo, Num Gabinij comes est vel sectator? ¶ Sectatores Philosophorum, id est, discipuli, qui ut aliquid ab iis addiscant, ab eorum latere nunquam discedunt. Cellius lib. 2. cap. 2. Taurus sectatoribus commodum dimissis, sedebat pro cubiclibus sui foribus.

SECTA, x, *σεκτα*. GAL. Une secte, opinion suivie par quelques gens contre l'opinion

N n

*L'opinion des autres.* ITAL. *Setta, liga, opinione.* GERM. *Ein sect / ein rott einer besonderen meinung.* HISP. *La secta que cada uno sigue.* ANGL. *A sect, or opinion of some against the common opinion.* ¶ Propriè est ratio illa dogmatum, quam quis sibi in Philosophia imitandam proposuit, & tuendam suscepit: à sectando (ut volunt) dicta, quod plures primum opinionis cuiuspiam autorem sequantur, vel à sectione (ut aliis placet) quod quum omnes Philosophi dicantur, scitorum tamen diversitate à se invicem sint divisi. Aliud enim de summo bono sentiunt Stoici, aliud Academicci, aliud Peripatetici, aliud Epicurei. CIC. de Orat. Est autem secta, disciplina, seu certa quedam disciplinæ formula, factio, studium, ratio vitæ. COL. lib. 6. Quare antiquissimum est formam hujus operis conscribere, quam velut sectam, legemque in proscindendis agris sequantur agricolæ. CIC. pro Cælio. Qui hanc sectam, rationemque vitæ re magis quam verbis secuti sumus. Idem 2. de nat. deor. Omnis natura artificiosa est, quod habet quasi viam quandam, & sectam quam sequatur. Idem ad Brut. Reliquias hostium Brutus persequitur. Et Cæsar, Hostes autem omnes judicari, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Quid secta, & unde? vide apud Gell. cap. 6. lib. 10. Hinc *Consectaneus*, qui ejusdem sectæ est, ομόδεξον. August. lib. 10. de Civit. Quantò humanius, & tolerabilius *consectaneus* tuus Platonicus Apuleius erravit.

Sectaculum, id quod sequitur, propago, progenies. APUL.

Sectarius vervex, qui gregem ovium præcedens, ducem se illis præbet. ξ̄ ἀλλα τις ἔπειται φάγος τοῦ, οὐ τρέπεται οὐκέτι ἡγεμών. GAL. *Le mouton qui va devant le troupeau que les autres suivent.* ITAL. *Montone che precede il gregge.* GERM. *Ein hammel oder herman dem die schaffherd nach geheucht.* HISP. *El cabestro de qualquier ganado.* ANGL. *A ramme that geeth before and guideth flock.* ¶ Plaut. in Captivus, Qui petroni nomen induit verveci sectatio.

Sequax, cis, Facilis, sive aptus ad sequendum quoconque trahatur. ξ̄ ἀσθματικός. GAL. *Qui suit facilement.* ITAL. *Segace.* GERM. *Designdas gern volget wohin man es geucht.* HISP. *Cosa que mucho sigue, o persigue.* ANGL. *That followeth easilie.* ¶ ut, Lanæ sequaces, quæ nentis manum sequuntur. Martialis lib. 13.

Nisi acum ridebis oles, lanásque sequaces,

Improba quum morsu filia, manuque trahes.

Cornuum natura sequax, id est, flexibilis, & ductilis. PLIN. lib. 11. cap. 37. Adeò sequax natura est ut in ipsis viventium corporibus ferventi cera flectantur. ¶ Aliquando significat id quod se spargendo dilatatur. Persius in Proæmio.

— quorum imagines lambunt

Hedera sequaces.

¶ Sequacem verò materiam, dixit Plin. lib. 11. c. 2. pro tractabili, & facili. Idem, bitumen sequax, dixit lib. 7. c. 1. s. id est, levitum, & quod attactum digitos sequitur, picis vel visci more. ¶ Sequaces capreæ, hoc est, alias sequentes. Virg. 3. Georg.

— Capreæque sequaces

Illudunt, pascuntur oves, a videsque juventus.

¶ Aliquando sequax, idem est quod sectator. senec. Cæterique Ari, stippi sequaces.

Sequela, æ, ipse sequendi actus. ξ̄ ἀκολυθία. ANGL. *The act of following.*

¶ Aliquando ponitur pro accessione & appendice. Scævol. I. 93. D. de solut. Et quasi generale quid retinendum est, ut ubi ei obligationi, quæ sequelæ locum obtinet, principalis accedit, &c.

Sequela, accessio. Vlp. d. lib. 47. tit. 2. I. 14. Si jumenta tibi commoda vero, quorun sequela erat ecclœus.

Serà, æ, per simplex r. Instrumentum est, quo clauduntur ostia. ξ̄ ḥנְוֹרַתִּים. ξ̄ ἀλειφρύ. GAL. *Vne serrure, ou un cadenas.* ITAL. *Chiavatura, serratura, chiusura, coppa.* GERM. *Ein verschloß.* HISP. *Cerradura.* ANGL. *A lock.* ¶ Iuven. Satyr. 6.

Addit seram, cohibe: sed quis custodiet ipsos

Custodes?

Veterum seræ exempliles erant, nec foribus clavis affixa, tales sunt quas vocamus cadenæ. Petronius Arbiter, Dum loquimur, sera jam sua sponte delapsa cecidit. Ovid. 1. Amor. Eleg. 6.

Tempora noctis eunt, excute poste seram.

Dictæ seræ, teste Festo, quod foribus admotæ opponuntur, defixa postibus, quemadmodum ea quæ terræ inseruntur. Varro lib. 3. de lingua Latina, à serare derivat, quod est aperire.

Serranus, sive (ut alij scribunt) Serranus, duplicato, r, Attilij cuiusdam nobilissimi Senatoris cognomen, à serendo impositum: quod quo tempore adversus Samnites dictus est Dictator, à viatore inventus fuerit in agro sua manu frumentum serens. Plin. lib. 18. c. 3. Serentem invenerunt dati honores Serratum: unde cognomen.

Serapha, animal quadrupes. Gesn.

Seraphim, שְׁרָפִים Vox est Hebraica, pluralis numeri, idem significans, quod igniti, carentes: à verbo שְׁרָפָה seraph. succendo, uro, exuro, comburo, Num. 21. Misit Dominus in populum hannehasim baseraphim, id est, ignitos serpentes. ¶ Significat & certum ordinem angelorum cælestis hierarchiæ, estque generis tam masculini, quam neutri, Isaia 6. Seraphim stabant subter illud Ibidem, Et volavit ad me unus de Seraphim. D. Hieronymus ad Furiam, Hæc sunt duo seraphim ter glorificantia Trinitatem.

Serapylas, σεραπύλας, herba, quæ & orchis dicitur, eò quod habeat, radicem geminis testiculis similem: de qua Plin. lib. 26. c. 10.

Serapion, Ælianu dictus, orator Alexandrinus, scripsit ad Adrianum principem, Panegyricum, & orationes in genere deliberativo. Item, Vtrum Plato jure removerit. Homerum à sua republica. Præterea artem rhetorican. Autor Suidas. ¶ Serapion, pictor, cognominatus Rhyparographus, quod humilia quædam & sordida pingere. Autor Plin. lib. 35. cap. 10. ¶ Serapion, præsul Antiochenus sub Commodo principe: cuius meminit Hieronymus. ¶ Serapion item alias, qui ob elegantiam ingenij, Scholasticus meruit cognominati, charus Antonio monacho: scripsit contra Manichæos egregium volumen, & quædam alia: laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe, ut idem Hieronymus author est.

Serapis, is, vel Serapidis, secunda syllaba indifferenti, οὐ γενιτις, Douc Ägyptiorum, qui & Apis & Osiris dicitur. Martial. lib. 9.

Vincebant, nec quæ turba Serapin amar.

Idem.

Iseum Serapin Nilus veneratur Osirin.

Vide de hoc plura in dictionibus, Apu, & Osiris.

Serapeum, σεραπεῖον. Serapidis templum Alexandriæ, atris, & columnis amplissimis, signisque spirantibus, omnique opum varietate ita exornatum, ut toto orbe terrarum, uno Capitolio excepto, nihil unquam visum sit ambitiosius. Author Am. Marcellinus in Alexandro.

Serbōnis, σερβόνις, palus juxta montem Casum, mille circiter stadium ambitum habens. Vide Strabonem lib. 17. Herodotus lib. 3. Serbonitidem vocat.

Serēnā, uxor Stiliconis, ex qua Mariam suscepit: quæ Honorio Imperatori nupsit. Hujus Serenæ laudes eleganti Panegyrico celebravit Claudianus Poëta.

SERENVS, a, um, Tranquillum, sine nubibus, sine imbre: à serendo, ut quidam volunt, quod id maximè tempus sationi aptum sit. ξ̄ ισαχַת תְּהֻרָה tahorâ. iudic. audic. GAL. Clair & serain, sans nuées & pluyes. ITA. Sereno, tranquillo, senza nube. GERM. Schön/heiter/hübsch. HISP. Cosa serena y clara. ANGL. Faire, leere, without clouds or rayne. ¶ Virg. 6. Aeneid.

Ac veluti in pratis, ubi apes, & state serena,  
Floribus insidunt varijs.

Idem 1. Georg.

Humida solstitia, atque hyemes orate serenas  
Agricola.

Author ad Herennium lib. 4. Ita ut hirundines æstivo tempore pœsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vita tempore pœsto sunt, simulatque hyemem fortunæ viderint, devolant omnes. Martialis lib. 1.

Cælo perfruitur s. reniore.

¶ Serena frons per translationem ponitur pro lata. Idem lib. 2.

Sic me fronte legat dominus Faustine serena.

Ovid. Eleg. 1. lib. 1. Tript.

Carmina proveniunt animo deducta sereno.

Suet. in Aug. cap. 79. Vultu erat, vel in sermone, vel tacitus, adeò tranquillo, serenoque, ut, &c. ¶ Serenus color, lucidus. Plin. lib. 9. cap. 35. Serenum colorem margaritæ pro claritate matutina contrahunt. ¶ Serenum, substantivæ, idem quod serenitas, iudic. atq. Virg. 1. Georg.

Nec minus ex imbris sole, & aperta serena

Prospicere.

Quint. Temperatus (sanguis) medium quoddam serenum in vultu. ¶ Sereno, casus ablativi, pro sereno tempore. X. Nubilo. Plin. lib. 11. c. 24. Aranei sereno non texunt, nubilo texunt. ¶ Quandoque ponitur serenus, pro sicco: quod & Nonius annotavit. Virg. 1. Georg.

— unde serenus

Ventus agat nubes.

quas alibi Arida nubila appellavit.

— atque arida nubila differt.

Serēnitas, atis, Puritas & tranquillitas ætis. ξ̄ ḥנְוֹרַתִּים טְהֻרָה tahorâ. iudic. iudic. GAL. Serain, beau temps. ITAL. Serenità, serenezza. GERM. Wäterschöne. HISP. Aquel sereno o claridad. ANG. Fairness of weather. ¶ Plin. lib. 10. c. 97. Salamandra animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis proveniens imbris, & serenitate deficiens. Cic 2. de Divin. Hæc igitur quum sint tum serenitas, tum perturbatio cæli: est ne sanorum hominum, hoc ad nascientium ortus pertinere non dicere? Liv. lib. 6. bell. Pun. 2. Vbi recessissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate orebat.

Serēno, as Clarifico, Tranquillo. ξ̄ חַבְבָּאֵךְ חַבְבָּאֵךְ hischbâch hischkit. iudic. iudic. GAL. Faire clair & serain. ITAL. Serenar, far l'aria, chiaro & sereno. GERM. Schön und heiter machen. HISP. Hacer clero y sereno. ANGL. To make faire weather, to quiet. ¶ Virg. 1. Aeneid.

Olli fabridens hominum sator, atque deorum,

Vultu quo calum, tempes atque serenat.

¶ Translatè dicitur & de aliis, quam aëris constitutione. Idem 4. Aeneid.

Consilium vultu tegit, ac spem fronte serenat.

Plin. lib. 2. c. 6. Atque etiam nubila humani animi serenat.

Serenator, ut serenator Iupiter, apud Apul.

Serēnatus Phœbus. ξ̄ ισαχַת טְהֻרָה tahorâ. iudic. iudic. ¶ Silius lib. 5.

Dona serenato referat solemnia Phœbo.

Serenum, serenitas: vita felicis æquabilitas.

Serēs, σερης, populi Scythæ Asiaticæ, à Sera urbe sic dicti, apud quos arbores sunt, quæ non solum folia, sed lanam quoque profenint tenuestissimam. Nam ex earum frondibus canitem depectunt aqua perfusam, ex quo vellere vestimenta conficiunt, quæ serica nuncupantur. Virg. 2. Geog.

Velleraque ut felis depectant tenuia Seres.

De his Marcellinus lib. sua historia 23. Agunt, inquit, ipsi quietis Seres, armorum semper & præliorum expertes: utique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile: nulli finitimorum molesti, cæli apud eos jucunda salubrisque temperies, aëris facies manida, levitumque ventorum commodissimus status, & abunde sylvæ sublucidæ, à quibus arborum fructus aquarum asperginibus crebris velut quædam vellera molientes, ex lanagine & liquore mistam subtilitatem tenerimam pectunt, nentisque subtegmina, conficiunt sericum ad usus antehac nobilium, nunc etiam in humorum sine ulla discretione proficiens. Ipsi præter alios frugalissimi, pacatioris vita cultores, vitant reliquorum mortalium cæterus. Quimque ad coemenda fila, vel quædam alia transeunt flumen advenæ, nulla sermon vice, propositarum rerum pretia solis oculis aestimantur: & ita sunt abstinentes, ut apud se tradentes genitia: nihil ipsi comparent adventitium. Hæc Ammianus Marcellinus. ¶ Hujus nominis nominativus singularis est Ser. sive Sidonius. Alytus

*Affyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabaus.*

*Ausonius.*

*Iam pelago volitat merentor vestiflum Ser.*

*In manuscriptis exemplarib.*

*Vellera depeit nemoralia vestiflum Ser.*

*Quin & vermiculus quidam sericum texens (ut autor est Pausania) ser appellatur, &c.*

*Serescos, scis, Siccus sio, quasi serenesco, & serenus sio, quoniam serenitas siccus est. { wājatbēch. ēgāiōsāw. GAL. Devenir sec. ITAL. Seccarsi.*

*GERM. Trucken/trucken werden. HISP. Secarse. ANGL. To drye drie. {*

*Lucret. lib. i.*

*Denique flustivago suspensa littore vestes*

*Vvescunt, eadem candenti Sole serescunt.*

*Hec Nonius. ¶ Aliquando serescere, est in serum abire. θερήσαι.*

*Plin. lib. ii. c. 41. Omne autem lac igne spissatur, frigore serescit.*

*Serestus, unus ex comitibus Æneæ. Virgil. i. Æneid.*

*Musthea; Serestumque vocat, &c.*

*Sergia, olivæ genus, apud Col. lib. 5. c. 8.*

*Sergiopolis, M. sub P. Antiocheno.*

*Seria, vas vinarium, fictile, oblongum. { πίθα. GAL. Un vaseau longuet à mettre du vin, ou de l'huile, baril. ITAL. Bote longhetta. GERM.*

*Ein lang irdin roeingeschir. HISP. Vasa luenga de barro. ANGL. A pipe, a vine vessel in fashion long. { Liv. lib. 4. bell. Pun. Et in vico Istrico fontem sub terra tanta vi aquarum fluxisse, ut serias, doliaque, quæ in eo loco erant pervoluta, velut impetus torrentis tulerit. Terent. in Heaut.*

— *sodes vide*

*Relevi dolia omnia, omnes serias.*

*Pers. Satyr. 4.*

— *& si*

*Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro*

*Hercule.*

*Colum. lib. i. 2. c. 18. Dolia quoque, & seriae, cæteraque vasa ante quadrageustum vindemiæ diem picanda sunt. ¶ Seriae oleariae, Varro 3. de re rust. cap. 2. Nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam, neque signum æneum, aut marmoreum ullum, nihilo magis torcular, vasa vindemiatoria, aut serias olearias, aut trapetas.*

*Serita, Hispaniæ ulterioris urbs, in tractu Celtilico, alio nomine Fama Julia dicta, Autor Plin. lib. 3. c. 1.*

*Seriolæ, dolium fictile, in quo vinum solet asservari. { μιδον. GAL. Petit baril. ITAL. Picciola bore. GERM. Ein langlecht irdin geschirrlin in das man weintheit. HISP. Tinajuela, vaseja pequeña. { Pers. Satyr. 4.*

*Seriola veterem metuens deradere limum.*

*SERICUM. { οναχός. GAL. Soye. ITAL. Seta. GERM. Seyden. HISP. Seda. ANGL. Silke, fine flaxe. { Id dici potest quod à Seribus siebat, & depelebatur ex arboribus ad vestimentorum nobilitatem, ut refert Plin. lib. 6. cap. 17. Vnde Virg. 2. Georg.*

*Velleraque ut folius depeitam tenuia Seres.*

*Vulgaris autem nostrum Sericum accipit pro eo texturæ opere, quod ex bombycum lanificio depecti solet.*

*Sericus, a, um, quod ex serico confectum est. { οναχός. GAL. De soye.*

*ITAL. Di seta. GERM. Seiden/auf seiden gemacht. HISP. Cosa de materia de algodon, & seda. ANGL. Of silk. { Est autem sericum, lanæ pretiosissimum genus, quod apud Seras Scithicæ Asiaticæ, aut (ut alij malunt) Indiæ populos, ex arborum frondibus dicitur depecti. ¶ Quanquam non desunt, qui vermiculi lanificio esse putent, qui gentis illius lingua Ser, της, appellatur. Quam sententiam ne Iulius quidem Pollux dissimulavit, sic scribens, Onomastici sui lib. 7. ἐπει τις τὸν σικηνὸν τοινούτοις, ἐπει τὸν ζώων αἴροιζεν φαῖται ὁ φάσαγρος. Priorem opinionem sequitur Virg. 1. Georg.*

*Velleraque ut folius depeitam mollia Seres.*

*Hinc serica vestimenta dicta sunt, quæ ex serico conficiuntur. Vlpianus 1. vestis, de auro & argento leg. Vestimentorum sunt omnia linea, lineaque vel serica, vel bombycina, quæ præcingendi, induendi, iniiciendi, incubandive causa parata sunt. Plin. lib. 2. c. 3. Lautissimum quippe habetur è nardi foliis eas dari, aut ueste serica, versicolores, unguentis madidas. Puluilli serici. Horat. Epod. 8.*

*Quid quod libelli Stoici inter sericos*

*Iacere pulvilos amant?*

*Pallia serica, apud Stat. 4. Syl. 4. Quintil. Ne crassa toga sit, non serica. ¶ Legimus & serica absolute pro uestibus sericis. Mair. lib. 6.*

*Non aliter dentes, quam serica, nocte reponit.*

*¶ Serici olim tanta erat caritas, ut auro rependeretur: ut est videre apud Flavium Vopiscum in Aureliano, ubi sic habet, Vestem sericam neque ipse in vestiario suo habuit, neque alteri utendam dedit. Et quum ab eo uxori sua peteret, ut unico pallio blatteo serico uestiretur, ille respondit, Absit ut auro fila pensentur. Libra enim aurum tunc libra serici fuit. Hæc ille.*

*Sericarius textor, qui uestes sericas texit. { οναχοφόρος. GAL. Rubentier, faiseur de soye, tisseran de soye, marchand de soye, Passementier. ITAL. Tessitor di panni di seta. GERM. Ein seiden wäber. HISP. Textor de seda. ANGL. That Weaveth silken clothes. { Julius Firmicus lib. 8. Mathefæos refert, sericarium textorem nasci, qui habuerit horoscopum in vigesima octava parte Arietis.*

*Sericatus, qui est induitus serico. οναχοφόρος. GAL. Vestu de soye. ITA.*

*Vestito di seta. GERM. Mit seiden bekleidet. HISP. Vestido de materia de seda. ANGL. Aparailled in silk. { Suet. in Caligula, c. 52. Armillatus in publicum processit. aliquando sericatus, & cycladatus.*

*Serices, ici, Ordo, & quasi quædam rerum continuata progressio. { סדרה תְּבוּנָה, תְּבִרְאַת, תְּבִרְעָה. GAL. Ordre bien continue, suite, continuation. ITAL. Ordine. GERM. Ein ordnung die aneinander hängt, ein geistiges Leben. HISP. Orden continua & uniformemente. ANGL. An order or process in any manner hanging wool together, à revue. { A serendo, id est, ordinando dicta, ut Series orationis, id est, contextus. Quintil. Quod non nisi in contextu orationis serique contingit. Cic. 1. de divin. Fatum autem id appello, quod Græci εγεγερθέων, id est, ordinem, seriemque causatum. Idem 1. de nat. acor. Est enim admirabilis*

*Calepini Pars II.*

quædam continuatio, seriisque rerum, ut alia ex aliis annexa, & omnes inter se aptæ colligataeque videantur. Virg. 1. Æneid.

— calataque in auro

*Porta facta patrum, series longissima rerum.*

*Ovid. 15. Metam.*

— trepidosque obitumque timentes,

*Sic exhortari, serièmque evolvere sati.*

*Valerius Max. Quis cōpos mentis, domesticæ, peregrinæque historiæ seriem felici superiorum stylo conditam, vel attentiore cura, vel præstantiore facundia traditum se speraverit? Ovid. 13. Metam.*

— Sic à Iove tertius Ajax,

*Nec tamen hac series in causam proficit.*

(i. ordo sanguinis.) Idem Eleg. 4. lib. 4.

Si tanti series sit tibi nota mali.

Et Suet. in Calig. c. 27. Custodiarum seriem recognoscens.

*Serilla, inquit Festus, verius appellari putat Istrica navigia, Liburnica, quæ lino ac sparre condensantur: à conferendo, hoc est, contexendo dicta, dicitur etiam Serillia, citatur enim ab eod. Festo Parcuius spartis serilibus.*

*Seriphos, insula in quā relegabatur nocentes, ut in Gyron. Juv. Sat. io.*

— Ut Gyara clausus scopulis, parvaque Seripho.

*Seriphos, i, σεριφος. Insula est in mari Ægeo, una Cycladum, vi- ginti non amplius passuum millia distans à Celo: ut refert Plin. lib. 4. c. 12. In hac insula ranæ prorsus mutæ esse traduntur: unde proverbialiter, Seriphia rana dicitur in homines mutos, ac dicendi canendum prorsus imperitos, βάρηται σε σεριφος. Vide Plin. lib. 8. c. 58. ¶ Ibi exules, Senec. cap. 6. de consol. ad Helv.*

*Seriphos, a, um, σεριφος, adjective, ut est illud Themistoclis, Neque enim vel tu, si Atheniensis essem, clarus extitiles: aut ego si Seriphius essem, ignobilis.*

*Seriphum absynthium, Absynthij genus quod alio nomine marinum appellant. { σιριφιον σεριφιον. GAL. Absynthe marin. ITAL. Assenso marino. GERM. Wurmkrantz ist ein geschildacht deß roermuts. HISP. Assensios, aloña marina. ANGL. A kind of wormwood growing by the sea. { à Seripho insula nomen habens, in qua copiosissime provenit. Vide Plin. lib. 27. cap. 7.*

*Seris, is, σερι. GAL. Eschariotte, ou cicorée blanche. ITAL. Scariola. GERM. Begwar: oder roegroei. HISP. Endivia, ó cerraja, yerva. ANGL. Endive and succorie. { Herba est, quam alio nomine Intybum vocamus. Varias sub se continent species, quas vide supra in dictione Intubus. Varto 3. de re rust. cap. 10. Seruntque his herbam quæ vocatur seris, quod ea aqua tacta, etiam quum est arida, fit viridis.*

*Serius, fluvis Cisalpinæ Galliae, per Bergomatum agrum, in Adduam fluens: à quo vallis Seriana in eodem agro populosa, artificiosa que nominata est.*

*Serius, a, um, grave & minimè jocolum. { σωρεδαιος. GAL. Fait à bon escient, grave & de consequence. ITAL. Da Douere, grave, importante. GERM. Ernsthaftig, da kein schimpff gilten. HISP. Cosa de veras, y no de burlas. ANGL. Earnest, os à mater of roight. { Terent. in Eun. Ait rem divinam fecisse, & rem seriam velle agere mecum. Cic. 1. Offic. Ludo autem & joco ut illo quidē licet, sed sicut somno & quietibus cæteris, tam quum gravibus, seriisque rebus satisficerimus. Suet. in Calig. cap. 32. Sæpè in conspectu prandentis vel comedantibus seria quæstiones per tormenta habebantur. Ovid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.*

— Lusus & seria nosse.

*Gell. cap. ult. lib. 1. Verba seria & objurgatoria facere. Idem Ibid. cap. 19. Tarquinius ore jam serio, atque attentiore animo fit. Macrob. c. 14. & c. 15. lib. 3. Satur. Serius homo, &c. Quintil. lib. 6. c. 4. Dictorum urbanorum alia seria, alia jocosa, alia media. Serium (inquit Nonius) id est, triste, & quasi sine risu, vel sine ridiculo.*

*Seris, orum, res graves, severæ & minimæ jocosæ. { σωρεδαια. GAL. Choses serieuses, graves, & d'importance. ITAL. Cosa da dovere, gravi, importanti. GERM. Ernstliche ding. HIS. Cosas de veras y no de burlas. ANG. Matters of roight or earnest. { Mart.*

Parce precor socero, seria forsitan amat.

*Ovid. 4. Fast.*

*Nulla coronata peraguntur seria fronte.*

*Orat. 1. Ser. 1. Sat.*

*Sed tamen amoto queramus seria ludo.*

*Quoties omnia nostra cum aliquo communicamus, cum eo joca seriæque confidere dicimur. Cic. 1. de fin. At quicum joca & seria, ut dicuntur, quicum arcana, quicum occulta omnia? Tcum optimè, deinde etiam cum mediocri amico. Vide adagia Erasmi.*

*Serio, adverbium, Sine joco: quod vulgus barbarorum dicit, Pro bono. { σωρεδαιος. GAL. A bon escient, sans se moquer, sérieusement. ITAL. Da dovere. GERM. Einslich/on schimpff/ernst. HISP. De veras y no burlando. ANG. Earnestlie. { Plaut. in Amph. An id joco dixisti? equidem serio ac vero ratus. Idem Casin. Ego eo quò me ipsa misit. s. verōne?*

*¶ serio. Idem Pseud. sc. 7. a. 4. Responde Hercle vero, serio, quod te rogo. Ibid. sc. 3. a. 1. Dic mihi verum serio hoc est? Idem Amph.*

*Dic mihi verum serio Terent. Misit porro orare ut venirem serio. Cicero Attic. lib. 5. Inde ad Taurum cogitabam, ut cum Mophagine signis collatis, si possem, serio decernerem.*

*Sermo, nis, locutio, verba, colloquium, mentio. { סדרה בְּבָרֵךְ dabberah בְּבָרְאַת comere. λόγος, οὐλὴ. GAL. Paroles, propos, devis, discours. ITAL. Sermone, parlamento, ragionamento, loquela. GERM. Ged/sprach. HISP. Sermon, razón o palabra. ANG. A mord speech, à purpose or communication, à brute. { Cic. 1. Offic. Sermone uti debemus, qui notus est nobis, ne, ut quidam, Graeca verba inculcantes, jure optimo rideamus. Dictum autem putant sermonem, à verbis ferendis, hoc est, cōferendis sive connectendis. Servius, Sermo est consertio orationis, & confabulatio duorum, vel plurium. Plaut. Asin. sc. 3. a. 3. Sermoni finem face tuo: huic sermonem accipiam. Idem Mosell. sc. 2. a. 2. Circumspice ne quis sermonem nostrum abtrumper. Idem Cure. sc. 3. a. 2. Conferunt sermones intersese. Idem Amph. Cum ea sermonem nec joco, nec serio tibi habeas. ¶ Sermoni participare aliquem,*

Nn 2

pro,

pro, sermone. ¶ Pro fabula. Idem Pseud. sc. 5. a. 1. Per urbem solus sermo est omnibus. Liv. 4. d. 5. Hoc in sermonibus homines habebant. Virg. 1. Aeneid.

*Amisso longo socios sermone requirunt.*

Idem 6. Aeneid.

*Nec magis incepto vultum sermone moveretur,*

*Quam si dura silx, aut stet Marpesia cautes.*

Tractare aliquid Græco, vel Latino sermone, Cicer. lib. 1. de finib. Non eram nescius, Brute, quum quæ summis ingenii, exquisitâque doctrina philosophi Græco sermone tractavissent, ea Latinis literis mandaremus, fore ut hic noster labor in varias reprehensiones incurret. ¶ Instituere sermonem cum aliquo, est cum illo verba facere, vel incipere colloqui. Idem de Orat. Quum mihi sermo cum hoc ipso Crasso multis audientibus esset de te institutus. ¶ Dissipare sermonem, est vulgare, & dispergere. διαθεμάσαι τὸ λόγον. Idem pro Flacco, Sermo est tota Asia dissipatus. ¶ Ordiri sermonem, id est, ex cogitare, communisci. Idem de Orat. Crassus princeps ejus sermonis ordendi fuit. ¶ Habere sermonem, est verba facere. Idem de senect. Cyrus in eo sermone quem moriens habuit. Item, sermones habere cum aliquo è libello. Suet. in August. c. 84. Sermonibus mortologis uti. Plaut. Pseud. sc. 1. a. 5. Conspicu & sermone filij frui. Senec. c. 15. de consol. ad Helviam. Item, Serere sermonem, pro fabulari, Plaut. Curc. sc. 3. a. 1. Tribuere alicui sermonem, est inducere eum loquentem. Cicer. de senect. Omnem autem sermonem tribuimus. Catoni Teni. Incidere in sermonem alicujus. Idem de Amicitia. Conferre sermonem cum aliquo, hoc est, colloqui. Idem 2. de invent. Sermo capite carent, & pede, hoc est, cuius neque initium facile fuerit invenire, neque exitum. Plaut. Asin. sc. 4. a. 3. Nec pes, nec caput sermonis appetit. ¶ Sermo, & continua oratio opponuntur apud Suet. in Tib. c. 27. Atque etiam siquid in sermone, vel in continua oratione blandius diceretur, non dubitaret interpellare, reprehendere, & commutare continuo.

Sermunculus, diminutivum. ξλογίδιον. GAL. Petite parole, petit bruit de ville, petit discours. ITAL. Piccola fama, piccolo ragionamento. GERM. Ein kleine red. HISP. Pequeño sermón, o razon y fama. ANGL. A little talk or brute. ¶ Plin. Epist. 103. Ut sermunculus etiam & fabellis ducantur, Cic. ad Attic. lib. 13. Sermunculum enim omnem aut restrinxerit, aut sedarit. Idem pro Diotaro, Nonne intelligis Cæsar, ex urbanis malevolorum sermunculis hæc ab ipsis esse collecta?

Sermocinör, aris, Sermonem facio, loquor. ξεργάτης. GAL. Raisonne, parler, deviser. ITAL. Parlare, rationare. GERM. Reden/red oder sprach halten. HISP. Parlar, hablar, razonar. ANGL. Con speak, to talk or common. ¶ Plin. lib. 10. Super omnia humanas voces redundunt psittaci, & quidam sermocinantes. Cic. 2. de invent. Et quibus in rebus homines in consuetudine scribendi, aut sermocinandi eo verbo uti soleant considerabitur. Idem 3. Verr. Respondit illa, ut meretrix, non inhumane, libenter se ait esse facturam, & se cum isto diligenter sermocinaturam. ¶ Sermocinari cum aliquo, (i. loqui.) Gell. cap. 4. lib. 10. Spiritum atque animam porrò versum ad eos, quibus cum sermocinamus, intendimus. ¶ Pro differere, sive disputare, Suet. in Tib. cap. 56. Zenonem quandam exquisitus sermocinarem, cum interrogasset, &c.

Sermocinatio, ξεργία, colloquium. Macrobi. Satur. lib. 1. cap. 6. Percontantes, quidnam offendent sermocinationis.

Sermocinatrix, cis, διελέκτρις. Quint. lib. 3. cap. 43. Quam sanè permittamus dicere sermocinatricem.

Sermönör, aris. Sermonem habeo, loquor. Gell. c. 2. lib. 17. Sermonari, inquit, rusticius videtur, sed rectius: Sermocinari crebrius est, sed corruptius. Qu. Claud. in Annalib. apud Gell. loco citato. Cum his, inquit, consermonabatur.

Sermyla, sive Sermylia, σερμυλία Stephano, civitas est in finibus Macedoniae, non procul ab Atho monte, ut scribit Herodotus lib. 7.

Sero, as, sera claudio. ξερόνης nahál. κλήσις. GAL. Clorre, ferrer, fermer. ITAL. Serrare, chiudere. GERM. Beschließen. HISP. Cerrar con cerradura. ANGL. To lock to shute à dore. ¶ Colum. lib. 6. de mulæ feminibus loquens, Femina ( inquit) serari, & interdum inuri solent. ¶ Hujus composita sunt Obsero, pro occludo, νοσχεῖσθαι. Terent. in Eunuch. Tu abi atque obsera ostium intus. Et Resero, aperio, ἀροίων. Virg. 7. Aeneid.

— reserat stridentia limina Consul.

Sero, is sevi, satum, Semino. ξερόνης zaráh. καρίσια. GAL. Semer. ITAL. Seminare. GERM. Sägen. HISP. Sembrar. ANGL. To sewe. ¶ Cæs. 5. bellum Gallicum. Frumenta non serunt, sed lacte, & carnibus vivunt. Virg. lib. 1. Georg.

*Nudus era, sere nudus, hyems ignava colono.*

Ibidem.

*Exerceat viri tauros, serite hordea campis.*

¶ Aliquando significat Planto. ξερνατάς ξερνού schatál. φύλων. GAL. Planter. ITAL. Piantare. GERM. Pfanzen. HISP. Plantar. ANGL. To plant. ¶ Cicer. 1. Tusc. Serit arbores, quæ alteri seculo profint. Colum. lib. 3. cap. 20. Si unum genus severimus, quum id acciderit quod ei noxiun est, tota vindemia privabimur. ¶ Per translationem serere quandoque capit pro generare. ηλιόν holidh. Vnde, satus, id est generatus. Virg. 7. Aeneid.

— satus Hercule pulchro

Pulcher Aventinus.

¶ Per translationem quoque dicimus, serere bella, & serere certamina: id est, movere lites, & pugnas, sive bellis causam date, Liv. 7. bell. Punic. Annibal turmatim per equites peditumque jaculatores levia certamina serens, easum universæ pugnae non necessarium ducebat. Idem 2. ab Urbe. Et in aliena urbe cum patribus sere certamina, priusquam pignora conjugum, ac liberorum, charitatisque ipsius, cui longo tempore assuevit, animos eorum consociasset. Serere bella ex bellis, est bello uno extincto alterum aggredi. Idem 1. bell. Maced. Tum Qu. Bebeius Tribunus plebis viam antiquam criminandi Patres aggressus, incusaverat bella ex bellis seri, ne pace unquam plebs frui posset. Serere causas discordiarum. Suet. in Calig. cap. 26. Serere

colloquia, Liv. lib. 4. bell. Pun. Idem, Serere fabulam. Ibid. Serere contumelias. Idem Liv. lib. 10. ab Urbe. ¶ Hujus composita sunt, Assero, cito, cunsero, consero, defero, differo, exsero, intersero, insero, obsero, resero, & subsero, quæ habent penultimam correptam: de quibus suis locis. ¶ Fuit etiam antiquis in usu, sero, serui, sertum: à quo manerunt, Assero, rui, assertum, Consero, nui, conservum, aliisque complura: de quibus egimus suis locis.

Satus, a, um, participium, Seminatus. ξερόνης. καρίσια. GAL. Seminato. ITAL. Séminato. GERM. Geseyet. HISP. Sembrado. ANGL. Sowen. Virg. 3. Georg.

*Sed frumenta manu carpes sata.*

Idem 3. Eclog.

*Aque satas ait vidi traducere messes.*

¶ Per translationem etiam accipitur pro participio natus, sive genitus: ηλιόν noládh (vel) nulládh. Virg. lib. 2. Aeneid.

*At non ille, satum quo te mentiris, Achilles*

*Talis in hoste fuit Priamo.*

Liv. 8. bell. Macedon. Ut fidem fecerit, non sanguine humano, sed stirpe divina satum se esse.

Satus, us, ipsum serendi actum sive plantationem denotat. ξερόνης. καρίσια. GAL. Semaine, semaison, planié. ITAL. Semenza, seminata, piantagione. GERM. Säyung, pflanzung. HISP. Sementera, semiente. ANGL. Sowing, planting. ¶ Plin. lib. 17. c. 17. Quapropter de talearum satu nunc dicendum, id est, plantatione. Cic. de senectute. Quid ego vitium ortus, satus, incrementa commemorem? Idem 1. de divinar. Ob candem causam multa inusitata partim è cælo, alia ex terra orbantur: quædam etiam hominum, pecudumve conceptu, & sata. ¶ Quandoque etiam satus, pro ipso accipitur semine, sive semento. ξερόνης. καρίσια. ¶ Cic. 2. Tus. Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicis, & præparat animos ad satus accipiendo.

Sator, oris, verbale, qui serit, aut plantat. ξερόνης. καρίσια. GAL. Semeur, planteur. ITAL. Seminatore, piantatore. GERM. Ein seyern/pflanzen HISP. Sembrador, plantador. ANGL. Sower or planter. ¶ Colum. lib. 3. c. 16. Satoris officium est, primùm quam recentissimam, & si fieri possit, eodem momento quo serere velit, de seminario transferre plantam diligenter exemptam & integrante deinde, &c. Plin. lib. 25. c. 1. Hesiodus negavit satorum oleæ fructum ex ea perceperisse quenquam. ¶ Sator cælestium, Cic. 2. Tus. id est, creator, & genitor. ηλιόν molich. ηλιόν. ¶ Pro autore, sive causa. Plaut. Capt. sc. 5. a. 3. Sator, sartörque scelerum & messor maxime. Et Sator Iulis, apud Livium lib. 1. d. 3.

Satoriūs, a, um, quod ad satorum pertinet. ξερόδ. ικός. GAL. Appellant à semeur. ITAL. Pertinente à seminatore. GERM. Das zu dem sogen gehört. HISP. Perteneiente à sembrador. ANGL. Belonging to a sower. ¶ Col. lib. 2. c. 9. Nonnulli pelle hyænae satoriam trimodiā vestiunt, &c. Satoria quala, apud Caton. quibus ad serendum opus est, i. ad sementem.

Satio, nis, Satus, seminatio. ξερόνης. καρίσια. GAL. Semaine, semaison, sement. ITAL. Semenza, seminata. GERM. Säyung, HISP. Semiente, sementera. ANGL. Sowing. ¶ Cic. de Univers. Post eam autem sationem diis (ut ita dicam) junioribus permisit ut corpora mortalia effingerent. Idem 5. Verr. Ne si tempus sationibus præteriisset, granum in provincia Sicilia nullum haberemus. Virg. 2. Georg.

*Optima vineris satio est, quum vere rudenti*

*Candida venit avis, longis invisa columbris.*

Sationarius, ager sativus. Blefen.

Satiūs, a, nm, quod seminatur, vel quod idoneum est, ut seminet. ηλιόδ. καρίσια. GAL. Bon à semer. ITAL. Buono da seminare. GERM. Gut zu seyen/ das man seyer. HISP. Cosa que se puede sembrar. ANGL. Sower or serving to sowe. ¶ Cui contrarium est, agrestis. Plin. lib. 15. cap. 7. Eadem ratio & in sativa myrto. Gellius, Sed hi plerasque naves loris suebant; Græci magis cannabe, & stuppa, cæterisque sativis rebus.

Serto, as, densè sero, i. ordino: ut cum corona plectitur. Gloss. Sertatio. σερφαοί.

Serdō, adverbium, Serotinus, Vide Seruo.

Serópta, ορόποτη, civitas Phœnices, apud quam nascebatur viuum latissimum, quod Seroptanum dicebatur. Sidonius,

*Quaque Seroptano palmitæ missa bibas.*

Serpens, serpentis, Vide Serpo.

Serpentaria, Varro vocat instrumenta, quæ geniculis puerorum ambulare dissentium alligantur, ne vari fiant, aut compernes. Dicta à serpentendo: serpentum enim magis pueri quam graduntur.

Serphus, σερφός, insecti genus, formicæ simile, vel culici.

SERPO, is, psi, ptum, Repo, ventre ingredior, more serpentis incedo.

ξερνατάς ηλιόδ. ramás. ηλιόδ. GAL. Se trainer, se couler, se glisser. ITAL. Rampegare, andar carponi. GERM. Kriechen/schleichen. HISP. Gatear por el suelo. ANGL. To creep. ¶ Cicer. 5. de fin. Deinde suo quæque appetitu moventur: serpere anguiculos, nare anaticulas, evolare merulas, cornibus uti videmus boves, vespas aculeis: suam denique cuique naturam esse ad vivendum ducem. Plin. lib. 9. cap. 13. Pinnis quibus in mari utuntur, humi quoque vice pedum serpentum. ¶ Serpere quoque dicuntur plantæ, quum ob caulis infirmitatem stare non possint, humi procumbunt. Plin. lib. 22. c. 16. Aculeatum caules aliquarum per terram serpentum, ut ejus quam coronopum vocant. Virg. 8. Eclog.

— acque hanc sine tempora circum

*Inter vestrices hederam tibi separe lauros.*

¶ Serpere item humi dicuntur scriptores, qui nimis humili utuntur genere dicendi. Horat. de Arte,

*Serpit humi tutus nimium, timidusque procella.*

¶ Transfertur & ad inanimata, ut idem sit quod spargi, crescere seu dilatari. Cicero in Lælio, Serpit enim, nescio quomodo per omnium virtus amicitia. Idem pro Rab. rest. Serpet hoc malum, mihi credite, longius quam putatis. ¶ Composita sunt Inserpo, & Proserpo; de quibus egimus suis locis.

Serpens,

Serpens, tis, participium, quod longius, ac latius serpit, & divagatur. *לְחֵלֶת וּבָרְרוֹמֶס.* GAL. Qui coule & se traîne, qui s'estend & s'avance. ITAL. Chi se stende avanti. GERM. Kriechend, das sich weit aufstreckt. HISP. Cosa que grena por el suelo. ANGL. That creeps. Cicet de senectute, Vitis, qua natura caduca est, & nisi fulta sit, ad terram fettur, tandem ut se erigat, claviculis suis, quasi manibus quicquid est nacta, complectitur, quam serpentem multiplici lapis, & erratico, ferro amputans coerget ars agitolarum, ne sylvestretur farmentis. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trist.

*Quaque nocet serpens, qua juvat herba.*

Aliquando serpens nomen substantivum est, & significat anguem, & omne quicquid serpit, tam masc. quam fem. generis. *χείρας νάθασθι.* GAL. Serpent. ITAL. Serpente. GERM. Ein schläng. HISP. Sierpe. ANGL. A serpent. Plin. lib. 8. cap. 23. Nec pedibus pavendas tantum serpentes, sed & missili volare tormento. Idem lib. 8. cap. 14. Nota est in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo Imperatore balistis, tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens cxx. pedum longitudinis. Virg. 1. Georg.

*Ille malum virus serpentibus addidit airis.*

Ovid. 3. Metam.

*longo caput extulit antro*

*Ceruleus serpens, horrendaque sibila misit.*

¶ Serpentina scela ferarum, pro serpentum genete. Lucret. lib. 6.

*Naribus alipedes ut cervi sapientia putantur*

*Ducere de lutebris, serpenta scela ferarum.*

¶ Serpens, Drago, Suet. in Tiber. c. 72. Erat ei in oblectamentis serpentis draco, &c.

Serpido, rubor cutis, cum membrorum extantia, dictus eo quod serpatur per membra. Pap. & Isid. lib. 4. 8.

Serpentaria, herba. Germani (ut Tragus tradit) numulatiam appellant, Schlangenraut, id est, serpentarium: quia tanquam anguis subter alias plantas humi reptit. Serpentaria radix, consiligo, Schlangenwurzel, quod omni veneno aduersetur.

Serpentinus, a, um, ad serpentem pertinens, ut, Vox Serpentina. *σφινός.*

¶ Iustinus histor. lib. 32. Omne serpentum genus in fictiles lagenas coniici jussit.

Serpentiger, a, um. *σφινχτής.* GAL. Qui porte serpent. ITAL. Che porta serpente. GERM. Schlangenträger. HISP. Que tiene o trae serpiente.

ANGL. That beareth a serpent. Ovid. 4. Trist. Eleg. 6.

*Sphyngaque, & Harpias, serpentigerosque Gigantes.*

Serpentigena, ex serpentibus natus. *σφινχτής.* GAL. Engendré d'un serpent, ou de race de serpent. ITAL. Generato da serpente, o da razza di serpente. GERM. Von schlangen erboren. HISP. Engendrado de serpiente, o de linaje de serpiente. ANGL. Engendred of a serpent. Ovid. Metamorph.

*Vos serpentigeris in se fera bella dedisis.*

Serpulla, a, à veteribus dicebatur, quam nos serpente dicimus. Festus *ἰπτούρη.* *σφινός.*

Serpillum. *ἰπτούρη.* GAL. Serpolet. ITAL. Serpillo, serpolino. GERM. Duendel. HISP. Serpo y una conocida. ANGL. Wild or creeping time. Herba nomen nulli non notæ, *εγκέριον,* hoc est, à serpento dictum, mutatione aspirationis in litteram. Habet enim ramulos tenues humili serpentes: & quounque terram attigerint, radicem agentes, & sese propagantes. Officinæ etiam hodie Latinum nomen retinent. Vulgus Gallorum Serpoletum appellat. Virg. 2. Eclog.

*Allia serpillumque herbas contundit olentes.*

Idem 4. Georg.

*& olentia latè*

*Serpylla.*

Serra, Serra, V. E. Christianorum S. Thomæ in India Orientali. SERRA, a, per duplex r, instrumentum dentatum, quo ligna & lapides secantur: à Dædalo primum inventum, teste Plin. lib. 7. c. 56. *שַׁרְמָסָסְתָּרְמָה megherah.* *מְגַהֵּרָה.* GAL. Vne scie. ITAL. Seca, rasega, sega. GERM. Ein sägen. HISP. La sierra de hierro. ANGL. A sawe. COLUMELL. lib. 5. Vno iuctu arboreum præcidi: si minus, serra desecari. Martial.

*Et pingue tunicas serra secare potest.*

Sueton. in Calig. cap. 27. Multos honesti ordinis, &c, serrâ medios dissecuit. ¶ Serra, & forcices, verba sunt militaria. Gell. cap. 9. lib. 10.

¶ Est & genus piscis marini, apud Plin. lib. 32. cap. 11.

Serrula, a, diminutivum. Parva serra. *μεγάλη.* GAL. Petite scie. ITAL. Seghetta. GERM. Ein kleine sägen / säglin. HISP. Pequeña sierra. ANGL. A little sawe. COLUMELL. lib. de arboribus, cap. 6. Et si fieri potest, juxta aliquem nodum serrula desecato. Varro lib. 1. c. 50. in quo sit ferrea serrula.

Serræ, arum, M. sub P. Constanti inopolitanò olim fuit. Hodie Serratum Archiepiscopus se nuncupat Primate Macedoniæ.

Serrago, quod serra de ligno deteritur. GERM. Sägmehl, quasi serræfaria, *μελομῆλον.*

Serro, a, Serrâ per medium seco, dissecō. *שְׁרָא נָסָרְתָּרְמָה ghorér.* *מְגַהֵּרָה.* GAL. Scier, fendre, ou couper avec une scie. ITAL. Segare, rasegare. GERM. Sägen. HISP. Asserrar con sierra. ANGL. To cut with a saw, to sawe.

Serratus, a, um, quod serræ in modum est denticulatum. *περιστούχης.* GAL. Fait en façon de scie, qui a des dents comme une scie. ITAL. A foglia di serra. GERM. Seißerstet oder gezähnet wie ein sägen. HISP. Cosa que tiene dientes como sierra. ANGL. Toothing-like à sawe.

¶ unde serrati dentes dicuntur, qui ad similitudinem dentium serræ pectinatum sunt stipati. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentium tria genera, serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatum coëntes, né contratio occurru atterantur, ut serpentibus, piscibus, canibus: contnnui, aut homini, equo: exerti, ut apro, elephanto. ¶ Serrati item numi quidam dicebantur apud Romanos, ab impressa serræ nota. Tacit. de moribus Germanorum, Pecuniam probant veterem & diu notam, serratos, bigatosque.

Serranus, Vide Seranus, unico r.

SERRATA, frutex est dodrantalis, in petrosis & asperis nascens, folia

Calepini Pars II.

habens exigua, amara, effigie & divisura quercus, flore parvo, penne purpureo. *χαργιόπους.* Alio nomine triflago dicitur. Vide Plin. lib. 24. cap. 15.

Serratula, herba est, caulem habens quadrangulum, tenuem, cubiti altitudine, folia mollia, quæsimis similia, per ambitum incisutis divisa, odorata, proprie radicem majora, semen in summo caule thymbræ modo spicatum, radicem tenuem, ut ellebori. *καρπός.* Nascitur in pratis montofis, frigidis & opacis locis: unde & ψυχήτρες. Græci appellavunt. Latini etiam Vetoniam appellant, nomine à Vetonibus Hispaniæ populis, qui eam primi invenerunt: indito:qua appellatione etiā hodie uruntur Officinæ. Plin. lib. 25. c. 8. Vtones in Hispania eam invenerunt, quæ Vetonica dicitur in Gallia, in Italia autem Serratula, à Græcis cestron, aut psychotrophon, ante cunctas laudatissima.

Sertheum, sive Setthium. *σέτθιον.* Stephano, mons Thraciaæ, cuius minuit Plin. lib. 4. cap. 11.

Serrhī, *σερρής.* populi sunt Colchidi vicini, inter Cercetas & Sephalotozmos siti, quorum meminit Plin. lib. 5. c. 5.

Sertorius, civis Romanus fuit, è Nursia oriundus, rei militaris peritissimus. Partium Marianarum fuit una cum Cinna: moderatus tametsi geslit, quam alij. Sylla redeunte è bello Mithridatico, urbique potito, ipse quoque in Hispaniam aufigit: ubi brevi tempore ob virtutem sibi gratiam carum gentium conciliavit: traditürque per eum Hispanos disciplinam rei militaris Romanam didicisse, a fortiores deinde fuisse. Nam præter attem rei militaris abstinentissimus etiam voluptatum, tam religiosus est habitus, quod cervam quandam secum in expeditionibus haberet sequentem, quam Diana numen dicebat esse, ex eaque responsa accipere, resque gerendas auspicari. Illa cerva alba erat, à Lusitano quodam ei data. Vide Gell. c. 22. lib. 1. Quare dux Lusitanorum delectus, parvis copiis multas urbes subegit. Sed & quatuor Romanorum duces contra se missos variis cladibus afflixit. Primum Cottam navalii prælio superavit: Phidiam Hispaniæ Prætorem cum duobus millibus civium Romanorum interfecit: Domitium Proconsulē contrivit: Toranium quoque à Metello missum cum toto exercitu delevit. Denique à Pompeio vinctus est, & à M. Perpenna ejusdem factionis socio per proditatem in cena interfactus est. Ex Plutarcho.

Sertula campana, herba incana, croci odorem referens, folia habens brevissima atque pinguissima, in coronamentorum usu commendata: unde & sertula nomen invenit. *σερτούλη.* GAL. Melilot. ITAL. Meliloto. GERM. Der gemein oder gross steinklee, brennklee. HISP. Corona de Rei. ANGL. Melilot. Cato sertam Campanicam vocat, propterea quod circa Nolam Campaniæ urbem laudatissima proveniat: quamquam & in agro Attico, & circa Cyzicum, & Chalcedonem nascentur. Vide Plin. lib. 1. cap. 9.

Sertus, a, um, Consertus, vel compositus. *מְחֻכָּר מִכְּבָבָר יְנֻשָּׁעַ תְּאַסְּרֵי.* GAL. Composé. ITAL. Composto. GERM. Gestochten. HISP. Compuesto. ANGL. Made. Lucan. lib. 10.

*Accipiunt fertas nardo florente coronas,*

*Et nunquam fugiente ros.*

Sertum, i, Serta, corollæ ex herbarum frondibus, floribusque consortæ, hoc est, connexæ: unde & nomen accepunt. *צְפָרָה תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* GAL. Va chapeau de fleurs, un bouquet de fleurs. ITAL. Ghirlanda. GERM. Ein franz. HISp. Guirnalda. ANGL. An arras of flowers. Virg. lib. 1. Ened.

*Sertisque recentibus halant.*

Idem Eclog. 6.

*Serta procul tantum capiti delapsa jacebant.*

Plaut. Asin. sc. 1. a. 4. Serta, coronas, unguenta ferre Veneri. Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.

*Ponis & in nitida laurea sarta coma.* (Victori)

Idem Eleg. 3. lib. 3. Trist.

*Déque tuis lacrymis humida sarta dato,* (mortuo)

¶ Fœminino genere dixit Corn. Severus,

*Huc ades Aonia crinem circundata sarta.*

Idem Propertius.

*Quum tua propendat demissa in pocula sarta.*

Sosipater lib. 1. Quamquam in vulgaribus Propertij exemplaribus, aliter nunc legitur.

Servā. Vide Servus.

Serviā, a, Sertum quod ex floribus fiebat. *צְפָרָה תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* *תְּשִׁבְרָה.* GAL. Chapeau de fleurs. ITAL. Ghirlanda. GERM. Ein brumenfrang. HISp. Guinalda. ANGL. An arras of flowers. Plin. lib. 21. c. 1. Quum vero ex floribus fierent sarta, à serendo fertur appellabantur.

Serviliōrum illustris Romæ familia fuit: ex qua ortum trahit P. ille Sevilius, vir triumphalis, qui à devictis Issauris Asiae populis, Issaurici cognomen accepit: de quo vide Strab. lib. 24. Item P. Servilius Rullus qui primus Romæ solidum aprum in convivio apposuit, teste Plin. lib. 8. c. 51. Hujus filius fuit Servilius ille Rullus, legis Agratæ promulgator, quam Cicero in consulatu suo subvertit: cujus meminit idem Plin. loco jam citato.

Serviliis, Serviliter, Servio, Servitium, Servitudo, Servitus, vide Servus in Servo, as.

Serum, seri, Vide Serus.

Servius Tullus, Sextus Romanorum Rex, ex serva natus, Tanquilis astu post Tarquinij Prisci necem ad imperium provectus. Hetruscus ingenti prælio fudit. Primus lustrum condidit, populumque omnem ex censu in quinque classes distinxit. Urbis pomœria protulit, Quirinali & Viminali collibus muro inclusis. Tandem jamjam etate proiectior à Tarquinio genero occisus est, & insepultus in viam abjectus: idque instinctu Tullia filia sua, quæ etiam confecto patris cadavere, aurigam ejus reverenti à lora retorquentem compulit, ut per medium patris corpus carpentum ageret: à quo tam immani scelere, et vico, in quo gesta sunt, scelerari nomini mansit. Vide plura de hoc apud Liv. lib. 1. ab Vrb. ¶ Servius Sulpitius, Iurisconsultus insignis fuit, Cic. temporibus, qui à Senatu legatus missus ad Antonium, Reipublicæ bellum inferentum, ea in legatione perit. Quo Na nomina

nomine illi statua, & monumentum publicum in campo Martio est decretum. Vide Cic. 9. Philip.

Sérvo, as. Libero, incolumem presto, custodio, tueor. § טוש schamár טוש natár yishin hoshiaħ. ωάω, φολάτω. GAL. Garder, sauver la vie à quelqu'un, deliverer, contregarde. ITAL. Servare, custodiare. GERM. Erhalten, erhalten. HISP. Guardar, salvar. ANGL. To keep, to save, to preserve or deliver. § Virg. 3. Aeneid.

Servatum ex undis Strophadum me littora primū  
Accipiunt.

Virg. 2. Aeneid.

Dū patrū servate domum; servate nepotem.

Plaut. Mostell. sc. 2. a. 2. Natus nemo in ædibus servat. Ibid. sc. 3. a. 1. Si bonam famam mihi servas, sat ero dives. Idem Aul. sc. 1. a. 1. Redi intrō, ac intus serva. Idem Capt. sc. 3. a. 2. Serva me tibi perpetuum amicum. Item, Servasti me quisquis es. Idem Men. sc. 9. a. 5. Item ponitur pro solicite, ac diligenter obseruo. Idem in Asin. Tuus servus seruet, Venerine eas det, an viro. Ovid. Eleg. 2. lib. 4. Trist.

— & qua sine criminē castos

Perpetua servant virginitate focos.

Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Ut te servem ne quid surripias. Idem Milit. sc. 3. a. 2. Serva istas fores. Mox, observa. Idem Aulul. sc. 5. a. 3. Quos ( coquos ) si Argus servet. ¶ Servare, pro defendere. Idem Curr. Phædrome, serva me. ( i. defende à militis vi. ) § Pro collere. Ovid. 6. Fast.

Inde fucum servat pector.

Sic, servare ferias. Gell. cap. 2. lib. 2. ¶ Item pro Inhabito, possideo: § וְנִסְתַּחַז בְּשָׁי jaſchāb. § Virg. lib. 4. Georg.

Centum qua syllas, centum qua flumina servant.

Item pro teneo. Idem lib. 7.

— curvam servans sub ima inefalcem.

¶ Ponitur aliquando pro Recuperare. Julianus. Si mandato meo decem Titio credideris, si cum Titio egeris, ego non liberabor: sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quod à Titio servare non potueris. Cicer. ad Quint. fr. at. lib. 3. Calvus aiebat, aqua dempta, & ejus aquæ jure constituto, & servitute fundo imposita, tamen nos pretium servare posse, si vendere vellemus. Qui modus loquendi frequens est apud Iurisconsultos. Budæus. ¶ Servare de cælo, est nutriare, aut pluissse, aut intonuisse, & ideo diruptum esse auspiciis, qua obnuntiatione facta, si quis tamen in re cepta persisteret, id contra auspicia fieri dicebatur. Cicer. pro domo sua, Negant fas esse agi cum populo, quum de cælo servatum sit. Gall. cap. 14. lib. 13. Ne quis magistratus minor de cælo servasse velit. ( Verba Edicti Consulum.) ¶ Servare fidem, est præstare promissum. Terent. Hecyr. Pollicitus sum, & servare in eo certum est, quod dixi fidem. ¶ Servare in vetustatem, est aliquo in loco reponere, ut diu, sive in aliquot annos integrum, incorruptèmque duret. Col. lib. 12. c. 28. Si in vetustatem servare voles, in cado duarum urnarum, quām optimi vini sextariam, aut fecis generosæ recentis sextarios tres addito. ¶ Dicimus quoque Servare modum, ordinem, officium, institutum, promissum, temperamentum, & gloriam. Exempla studiosus passim occurrit. Servaveris, pro Vide ne feceris. Plaut. Ambr. Quid si ego illum tractim tangam, ut dormiat? S. Servaveris: Nam continuas has tres noctes petvigilavit.

Servans, tis. participium, seu nomen ex participio. § טוש schomér. ωάω, φολάτω, τηρών. GAL. Qui garde & observe. ITAL. Servatore, osservatore. GER. Ein erhalter/achthaber das etwas vnuersert bleib. HISP. Guardador. ANGL. That keepeth or preserveth. § Virg. 2. Aeneid.

— cedit & Riphens justissimus unus

Qui fuit in Teucru, & servantissimus equi.

Servatūs, a, um, § טוש nischorār yesh νοσ. hān. οντηνόδρό, πεπηνόδρό. GAL. Gardé, sauve & delivré. ITAL. Servato, conservato. GERM. Erhalten. HISP. Guardado. ANGL. Saved, preserved, kept. § Ovid. 3. Trist. El. 1. Causa superposita scripto testata corona,

Servatos cives indicat hujus ope.

Plaut. Curr. sc. 2. a. 1. Perij. E. At ego servata sum. ( sup. quæ ante pe-ribam. ) Idem Pseud. sc. 2. a. 3. Dij me servatum volunt.

Servatōr, is, qui servat & liberat, conservator, liberator. § טוש moschiah. ωάω. GAL. Qui sauve & delivre, sauver. ITAL. Chi libera & conserva. GER. Ein erhalter oder behälter. HISP. Guardador. ANGL. A keeper, preserver or saviour. § Liv. 4. bell. Maced. Quozum agmen Imperator sequutus, persequentibus cunctis, servatorem, liberatorēmque acclamantibus, salutatis dimissisque eis, eadem, quæ venerat, via, Elatiā rediit. Ovid. 4. de Ponto. Eleg. 5.

Téque mea causam servatōremque salutis,

Méque tuum libra norit & are magis.

Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. An tu veneficus hominum servator magis?

Servatīx, icis. § טוש moschahath. ωάω. GAL. Celle qui sauve & delivre. ITAL. Donna che libera & conserva. GER. Erhalterin. HISP. Guardadora. ANGL. She that keepeth and preserveth. § Cicer. 5. de fin. Non dubitèmque dicere, omnem naturam esse servatricem sui: sedque habere propositum quasi finem & extremum, se ut custodiat, quām in optimo sui generis statu. Terent. Hecyr. O Bacchis, ô mea Bacchis, servatrix mea.

Servabilis, e, quod servari potest. § טוש, ωάω. GAL. Qu'on peut, ou qu'on doit garder. ITAL. Che si può conservare. GER. Das zu erhalten ist. HISP. Cosa que se guarda, o puede guardar. ANGL. That may be kept. § Ovid. 4. Trist. Eleg. 5.

Et tutare caput nulli servabile.

Servacūlum, i. Hotoman. ab Vlpianō dictum putat pro anchora, quasi anchora, in l. 2. § 2. D. ad leg. Aquilam. Parvi refert navem immittendo, aut servaculum ad navem ducendo, an tua manu damnum dederis. Nam anchora tollenda, scapha proximæ noceri poterit. ¶ Videtur tamen servaculum potius dici ἱγναύλος, parvus portus a servandis in statione navibus. Vlp. D. lib. 9. tit. 2. l. 29. Si navis tua impacta in meam scapham damnum mihi dedit, quæsum est, quæ actio mihi competenter? Et ait Proculus, Si in potestate nautarum fuit ne id accideret, & culpa eorum factum sit, lege Aquilia cum nautis

agendum: Quia parvi refert navem immittendo, aut servaculum ad navem ducendo ( legendum aut servaculum navem ducendo ) an tua manu damnum dederis. Vide tamen Gothofr. ad h. n. leg. ubi varias Doctorum lectiones refert.

Servūs, i. propriæis dicitur, qui sui juris non est, sed alieno dominio subjicitur. § טוש הַבֵּדֶה. δέλτα. GAL. Servi, serviteur, capti, & clave. ITAL. Servo, servuore. GERM. Ein knech/leibeigner. HISP. Servo, ANGL. A manservand. § X. Liber. Cic. pro Cornelio Balbo. Servi quorum jus & fortunæ conditio infima est. Ibid. Servos de Republ. bene meritos persepe libertate, id est, civitate publicè donati vidimus. Idem 6. Verr. Neque tam servi illi dominorum, quam tu libidinum. Idem 1. Offic. Ulysses contumelias servorum ancillarumque pertrulit. Plaut. Milit. sc. 6. a. 2. Hominem servum domitos habere oportet oculos, orationemque & manus. Ibid. sc. 5. a. 2. Plus oportet scire servū, quam loqui. Idem Asin. sc. 4. a. 2. Non decet esse superbū hominem servum. ¶ Servi ad cibum vocabantur, illisque dabatur pulmentum. Idem Milit. sc. 3. a. 2. ¶ Servi in jus vocari non poterant: vide 1. 15. ¶ Servi frugi, quod officium sit. Plaut. Aul. sc. 1. a. 4. Idem, quomodo mortuus esse debet. ¶ Servis nulla est cognatio jure civili ac proinde nullus pater, avus, proavus, abavus &c. Docet Plaut. Capt. 1. 4. 3. Abit ad patrem. AR. Quem patrem ( habet sup. ) qui servus est Quint. declam. 3. 1. Servus neque nomen, neque censum, neque tribum habet. Contra tamen Scelestus servus, apud eundem Plaut. n. Milt. sc. 4. a. 2. Ibi majores mei sunt siti, Pater, avus, proavus, abavus. August. lib. 19. civit. Origo vocabuli servorum inde creditur ducta, quod ij qui jure belli possent occidi, à victoribus conservabantur, & servi fiebant, à servando appellati: quam etymologiam confirmat 1. 3. & 1. 4. D. de statu hom. Plaut. Men. sc. 2. a. 4. Nunquis servorum deliquit? ¶ Servi ad pedes, qui ad dominorum cœnandum pedes habant. Seneca, Servus, qui cœnanti ad pedes steterat, narrat quæ inter cœnam ebrios dixisset. Martial.

Dum negligentem ducit ad pedes vernam.

¶ Servi, quorum nomine venditor nihil præstaret, venum ibant pileati. Gellius cap. 4. 1b. 7. Item, Servi coronati. Ibid. Item Quintil. declam. 3. 1. Servus aut domi natus, aut relicitus hereditate, aut emptus.

Servulus, diminut. § δελάριον. GAL. Petit serv, ou serviteur. ITAL. Picciol servo. GERM. Knechlein. HISP. Pequeño servo. ANGL. A little servand. ¶ Terent. in And. observabam manè illorum servulos Venientes, &c.

Servūs, a, um, adjективum, à servo deductum. Servitute obstrictus, manipatus, deditus. § δελικός. GAL. Servant, ou de condition servile. ITAL. Servo, di condizione servile. GERM. Knechtisch. HISP. Servo, ANGL. Bound to service. ¶ ut, Serva prædia, quæ servituti alicui obstricta sunt. Cicer. contra legem Agrariam, Libera prædia, mīlitare jure sunt, quam serva. Lucanus lib. 6.

O famili turpes, servum pecus.

Ovid. 1. Amor. Eleg. 6.

Nec tibi perperud servus bibatur aqua.

Idem 1. de Remedio amoris.

Utile propositum est savas extinguere flammis,

Nec servum vitius pectus habere tuum.

Ovid. 6. Fast.

Hoc est cur odio sit tibi serva manus.

Servā, x, Ancilla, quæ servitutē servit § טוש amāh חַבְרָה δύλη, δύλις. GAL. Servante, chambrière. ITAL. Serva, massara, ancilla. GERM. Ein dienstmagd/seibeigne. HISP. Sierva δ' esclava. ANGL. A maid servand. ¶ X. Libera. Virg. 5. Aeneid.

Olli serva darur operum hānd ignara Minervæ.

Servūlā diminutivum, Ancillula. § δελάριον. GAL. Chambrillon, petit chambrière, petite servante. ITAL. Picciola serva. GER. Ein dienstmagd. HISP. Pequeña sierva δ' esclava. ANGL. A little maid servand. ¶ Cicer. Attic. lib. 10. Eumque per manum servulæ servatum, atque eductum.

Servilis, e, quod servorum est, vel quod ad servos pertinet: despctus, contemptus, abjectus. § δελικές. GAL. Servile, appartenant à serviteur. ITAL. Servile, da servo. GER. Knechtisch / das zu den knechten gehört. HISP. Cosa perteniente à servio. ANGL. Belonging to servantes, vile or abject. ¶ ut, Servilis conditio, & servile officium. Indoles servilis. Liv. 1. ab Urbe. Comparando eorum ætatem, & ipsam minimè servilem indolem, tetigerat animum memoria nepotum. Legum servile. Cic 1. Philipp. Patriæ liberatores urbe carebant ea, cuius à cervicibus jugum servile dejeccerant, Senec. cap. 9. de transq. Ignari etiam servilium litterarum.

Servilitē, adverb. Servorum more. § δελικός. GAL. Servilement, en serviteur. ITAL. A foggia di servo. GERM. Knechtischer weiss. HISP. A manera de siervo. ANGL. Lik à servand. ¶ Cicer. 2. Tusc. Ne quid serviliter, muliebrité faciamus.

Servitūs, utia, ipsa serviendi necessitas, aut servorum conditio. ¶ Libertas. § טוש הַבְּדִילָה אֲכֹודָה הַבְּדִילָה. δέλτα. GAL. Servitude, servage. ITAL. Servitio. GER. Knechtshaft / leibigenhaft. Dienstbarkeit. HISP. Servidumbre. ANGL. Service, bondage. ¶ Cicero Philipp. Pax est tranquilla libertas: servitus postremum malorum omnium, non modò bello, sed morte etiam repellendum. Tacit. lib. 17. Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam servitutem pati possint, nec totam libertatem. Terent. in Andr. Ut semper tibi apud me justa & clemens fuerit se vitus, Scis, id est, quam iusta & clementi dominatione in te fuerim usus. Plaut. Capt. sc. 3. a. 2. Servitutem ita fers, ut ferri debet. Idem sc. 7. a. 4. Ij nomen diu servitutis ferunt. ¶ Etiam passivè. Idem Amph. sc. 1. a. 1. Opulento homini quam dura sit servitus ( i. quæ servitut. ¶ Scelestam servitutem servire. Vide Servio infra. ¶ Servitus muliebris exiit tantum viduitate & orbitate, &c. Livius lib. 34. ¶ Servitus item, de rebus dicitur quæ alteri serviant, id est, in quibus alteri quoddam jus est, ut servitus urbanorum & rusticorum prædiorum, de qua apud Iurisconsultos magna disputatio.

Servitudo, inis. Idem lib. 4. bell. Pnn. Servitudinis indignitatisque homines